Finis iste quid significet. iam saepe dictum est. non in quo deficit. sed in quo crescit. Intellegendum autem quod dicit absolute pro occultis filii. in quibus uerbis dominum significat saluatorem. In tercio enim psalmo ubi uoluit absalon intellegi. pronunciauit filii sui. quod hic tacuit. excellentissimam et magnam rem ostendere uolens. Quando uero ita nomen filii absolute posuit. sublimis et magna res intellegitur. iuxta quod dominus in euangelio dicit. Si uos filius liberauerit. uere liberi eritis. Non enim dixit si uos liberauerit filius dei. sed tantum uocabulum ipsum purum sine aliqua adiectione suffecit. in magna sua potestate ostendens cunctorum esse liberationem. Ita ergo et in hoc loco filium ipsum dominum intellegere debemus. pro cuius occultis cantatur hic psalmus. Unde ieremias dicit. Secretum meum mihi. secretum meum mihi. Dicendo iterum secretum meum mihi. duos domini aduentus designat. uel duo iudicia quae temporibus dauid ualde erant occulta. Primus quippe domini aduentus occultus fuit iudeis et ceteris incredulis. tantumque paucis reuelatus est credentibus. Similiter et secundus erit occultus iuxta quod scriptum est. dies domini sicut fur ita in nocte ueniet. Similiter sunt et duo iudicia. unum uidelicet quo damnantur nunc reprobi iuxta illud. qui non credit iam iudicatus est. et de quo ipse ait. Ego in iudicium ueni in hunc mundum. ut qui non uident uideant. et qui uident ceci fiant. Alterum quo damnabuntur impii. Sed et illud occultum erit. quoniam subito ueniet ut iudicet iuste. qui ante iniuste iudicatus est. Hinc scriptum est. Cum dixerint pax et securitas. tunc illis repentinus superueniet interitus. His itaque duobus aduentibus uel duobus iudiciis hic psalmus canitur. pertinens ad dauid hoc est ad christum. qui est uere manu fortis. et speciosus prae filiis hominum. Confitebor tibi domine. In toto corde dicimus. quod nullis inmundanis cogitationibus fluctuat. Quod perfectorum esse non dubium est. qui et originalis peccati uicia et suggestiones malorum spirituum domino praestante uicerunt. Narrabo. Quis rogo potest enarrare omnia mirabilia diuina que cotidie in celo et in terra uirtus eius operatur. Sed synedochicos hec sic et alia multa in diuinis scripturis accipiuntur. Letabor et exultabo in te. Non in hoc seculo ubi luctifera leticia est. Non in ambitionibus mundi ubi peccata amara suauia sunt. Sed in te ubi securum gaudium semper sumit augmentum.

In conuertendo inimicum meum. Quamuis multos inimicos habuerit. tamen hic in saule conueniunt aduersarium. Retrorsum dixit. qui non potuit obtinere quod uoluit. Sed magis quanto ille nequiter persequebatur. tanto ille tolerando imbutus iustior apparebat. Et cum prius

In finem pro occultis filii Psalmus dauid.

CONFITEBOR tibi domine in toto corde meo. narrabo omnia mirabilia tua.

Laetabor et exultabo in te. psallam nomini tuo altissime.

In conuertendo inimicum meum retrorsum. infirmabuntur et peribunt a facie tua.

Quoniam fecisti iudicium meum et causam meam. sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.

Increpasti gentes et periit impius. nomen eorum delesti in aeternum et in saeculum saeculi.

Inimici defecerunt frameae in finem. et ciuitates destruxisti.

Periit memoria eorum cum sonitu. et dominus in aeternum permanet.

Parauit in iudicio thronum suum. et ipse iudicabit orbem terrae in aequitate. iudicabit populos in iustitia.

Et factus est dominus refugium pauperi. adiutor in oportunitatibus in tribulatione.

Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum. quoniam non dereliquisti quaerentes te domine.

inimicum numero singulari dixerit. hic dicit infirmabuntur. quia persecutor erat. cui multi fauebant. Congrue dictum est infirmabuntur. quia domini uoluntate omnes efficaces generaliter exterit. Et peribunt. dum ego ad te deuota mente confugi. Iniquus enim ante faciem id est in gratiam non uenit. qui persequitur innocentem. Quoniam fecisti iudicium meum. Cum dicit fecisti iudicium meum et causam meam. fauori sibi dicit. et prosperam fuisse sententiam. Quam felix. qui tali gaudet auxilio. Sed isti super thronum. Domino dicitur christo more prophetico praeteritum tempus ponens pro futuro. Nam sessio ista ad incarnationem pertinet quae nondum facta erat. Thronus tribunal futuri iudicii significat. in quo dominus christus maiestatis suae hon[illegible] mirabili potestate sessurus est. Iudicas. pro iudicaturus es. Increpasti gentes. Hic iam sacratissimus domini aduentus exponitur quando increpabuntur gentes incredule. et diabolus cum machinationibus suis peribit in aeternum. Quod sit quoque aeternum decenter exposuit. id est seculum seculi. id est huius quo nunc utimur subsequuto. Inimici gentium casus esse id est diaboli. cuius frameae defecisse testantur. id est dolositates. fraudes. et mala ingenia quibus homines solitus erat decipere. In finem. id est in consummationem seculi. Ciuitates. id est populos. destruxisti. pro destru[illegible]. Periit memoria eorum cum sonitu id est cum clamore maximo. Et dominus in aeternum permanet. Decora nimis aptaque diuersitas. quia dixerat impios perire. dicit nunc dominum in aeternum permanere. Parauit. hoc est dominus homo. utique qui in humilitate iudicatus est. in maiestate sua iudicaturus [illegible] ueniat. Hec sunt quae titulus dixit occulta filii. Et ipse iudicabit. Ipse utique dominus christus qui hic passus est iniusticiam. ibi impius uer[illegible] dicitur demonstrare iusticiam. Orbem terrae. sanctos uiros debemus accipere. qui de uniuersali ecclesia quasi de corone circulo egregantur. In aequitate iudicandi sunt. quibus propter fidem et humilitatis suae bonum mercedem copiosa praestabitur. qui audituri sunt. uenite benedicti patris mei

Populi autē debent accipi pecca
tores. Isti cū iusticia iudicandi sē.
q̄ p factoꝝ suoꝝ scelere dānabunt̄.
q̄b; dicet̄ ite in ignē ęternū.
Et factus est dn̄s refugiū pauperi.
Copiosa spes pauperū & magna
cogitatio gaudioꝝ. ipsū refugiū
habere. quē iudicē audiunt̄
pauperū. Sed n̄ omem pute
mus inopē. Paup ille dī est.
q̄ peccatis n̄ abundat. de quib;
in euglio dicit̄. beati pauperes
spū. Adiutor in oportunitatib;
qd̄ illud ē. adiutoriū dulcissimū.
qd̄ in necessitate prestat̄. Ipsaq; te
rū oportunitatē euident expssit
dicens. in tribulatione.
Et sperent in te om̄s. Sperent in te.
n̄ sęculi blandim̄ta respiciunt.
sed in tua pmissione ↄfidant.
Qui nouer̄ nomen tuū. id ē q̄ ma
iestatē tuā scīssima deuotione
uenerant̄. Sequit̄ causa cur
in dn̄o debeat sperari. q̄ n̄
patit̄ eos deserere. q̄s ad se psp
xerit confugisse.

A eccl'a laudem dicit xp̄o. de iudeis
dicit. & de principe demoniorū.

CONFITEBOR tibi dn̄e in toto corde meo.
narrabo om̄ia mirabilia tua.
Laetabor & gaudebo in te. canā nomini
tuo altissime.
Cum ceciderint inimici mei retrorsum.
& corruerint & peribunt a facie tua.
Fecisti enim iudiciū meum & causam meā.
sedisti sup soliū iudex iustitię.
Increpasti gentes periit impius. nomen eoꝝ
delesti in sempiternum iugiter.
Complete sunt solitudines in finē. & ciui
tates subuertisti.
Periit memoria eorū cum ipsis. dn̄s aut̄
in sempiternum sedebit.
Stabiliuit ad iudicandū soliū suum.
& ipse iudicabit orbem in iustitia. iudi
cabit poplos in equitatib;
Et erit dn̄s eleuatio oppresso. eleuatio
oportuna in angustia.
Et confidant in te qui nouerunt nomen tuū.
qm̄ non dereliquisti querentes te dn̄e.

Confitebor tibi dn̄e. Orat dn̄m dauid
p dolosis cogitationib; filii sui. gratias agens
qd̄ eū non sequeret̄ effect᷒. Potest & ezechię
congruere. post assyrii exercit᷒ interitū.
Alit̄. Eccl'a laudē dicit xp̄o de iudeis & pncipe
demoniorū.

C̄ Confitebor t̄ dn̄e in toto corde meo. Prima .I.
ↄfessione letū se dicit dn̄o psalliturū. qm̄
confudit diabolū. cuius culturā aduent᷒
sui pia dispensatione destrux̄. Confiteb.
Secunda cōmonet fideles ut psallant dn̄o .II.
q̄ uindicat sanguinē pauperū. & exaltat
eos de portis mortis. Psallite dn̄o. Tercia .III.
peccatorib; cū antixp̄o maloꝝ finē dicit
ēē uenturū. Confundant̄ peccatores in
infernū. Quarta maloꝝ ipsorū immu .IIII.
tate pmot᷒. conuersus ad dn̄m q̄si recess
isse illū dicit a defensione pauperū. cū
malis datur licentia presūptionis suę.
Ut q̄d dn̄e recess. Quinta depcatur. ut .V.
tremendi illius iudicii t̄pus aduениat.
quatenus hęc om̄a fine celeri transi
gantur. Exurge dn̄e ds̄.

M Psallite dño q habitat in syon. Ad psalmodia puocat populos deuotos. Syon speculatio dicit. q reuera ds in contemplatione pulsima repperit. Exponit etia qd superius dixerat psallite. q hoc. e. reuera illi psallere. e uersis gentib; ei mirabilia nunciare.

N Qm requirens. Quia superius dix gentib; pdicate. & multos eoz. e stat occisos. ne qs putaret multu esse qd gestu est. sequit sanguine martyru ab impiis psecutorib; ee requirendu. ut in eternu recipiant qd tepora lit effecer. Non. e. oblit clamore. id petitione iustoz.

O Miserere mei dne. Ista. e. oratio cunctoz pauperu ad singulare numeru copetent adducta. q sep in unitate secx. hec turba pdicitur.

P Qui exaltas me de portis mortis. P orta mortis. e. diabolus. uel omis illecebra secularis. q p hec ad eternu exitu infideliter introitur. E xaltas me dicit. id a talib; longe facis. Vt adnunciem. Gratissima. e. portaru ista repetitio. ubi unu qde nom. sed res omino diuerse sunt. I n illis mortis. e. adit. in istis uitalis reperit introit. Syon reliqs mundi generauit ecclas. q ibi natu est. un de fidei nre uenisse constat exordiu.

Q Exultabo. Merito g. ppheta in ipso se exultare dix. ubi gradu nullus est finis. Infixe sunt gentes in hoc & in alio uersu q sequitur. retributio peccatoz patient exponit. & ppria unusqsq iniqtate torquet. In suas dicit gentes que timore dni non tenent. sed quibusda clauis peccatoru uidentur ee confixe. ut nise ualeant excutere. qs dura udent ligamina cohibere. Q d ad iudeos n impbe dicim ptinere. ut ita sint malis suis adfixi. quadmodu in cruce clauis dnm infigere decreuer.

R In laqueo isto que absconderunt. Laqueu u occultauer. quantu ad eoz dicit uotu. Na xpo celatu esse nil potuit. q passione sua in numera denunciatione pdixit. Conphensus est. C onphensos illos dicim. qs captio nodosa constringit. Pes aute significat gressus animi. & desideriu prauu qd eos ambulare fecit ad uiciu.

S Cognoscet dns. Vera nimis & absoluta sententia. qm tunc manifeste

canticu hic p pphetia positu. Danatis enim repbis in scelerib; conphensis. electi habebunt canticu. id gaudiu supne letitie. qd nemo ab eis auferre poterit. iuxta qd dns ait. Videbo uos & gaudebit cor urm. & gaudiu urm nemo tollet a uobis.

M Psallite dno qui habitat in syon. annuntiate inter gentes studia eius.

N Qm requirens sanguinem eoz recordatus est. non est oblitus clamorem pauperum.

O Miserere mei dne. uide humilitatem mea de inimicis meis.

P Qui exaltas me de portis mortis. ut annuntie omis laudationes tuas in portis filie syon.

Q Exultabo in salutari tuo. infixe sunt gentes in interitu que fecerunt.

R In laqueo isto quem absconderunt. comprehensus e pes eorum.

S Cognoscetur dns iudicia faciens. in operib; manuum suarum comprehensus e peccator.

T Conuertantur peccatores in infernum. omis gentes quae obliuiscuntur dm.

V Qm non in finem obliuio erit pauperis. patientia pauperum non peribit in finem.

X EXVRGE dne non confortetur homo. iudicentur gentes in conspectu tuo.

Y Constitue dne legis latorem sup eos. sciant gentes qm homines sunt.

cognoscitur iudicia facere. qndo peccatores debita pcipiet eterna torqueri cruciatione. & scdm actuu suoz qlitate digna recipient ultione. Hec sunt occulta filii. que titulus pdixit.

T Canticu diappsalmatis. Miru ergo qre hic canticu diappsalmatis posuit. Diappsalma dicit diuisio uel silentiu. eo qd ibi tacuerit sps scs. Si enim est ibi canticu. quo in silentiu. Veru sciendu est

T Conuertant peccatores. Conuertant dicit. ab huius mundi delectatione tollant. ne diutius possint in sua uoluptate gaudere.
S eqt. In infernu. ne se crederent alibi ee mittendos. Infernum aute ab eo dictu est. qd illuc sep anime inferant. Vel ut qda uolunt. a parte inferiore. Sed h infernu ppetua morte uult intellegi. ad qua sine dubio peruenturi sunt q dni precepta contemn

V Qm non in fine obliuio erit pauperis. Videns ppheta in hoc mundo diuitib; despectui ee paupres & obliuioni. in fine seculi qndo dns uenerit ad iudicandu dicit n esse contemnendos. sed tunc magis in memoria dni illos uenire qndo diuites huius seculi a regni munerib; excludunt.

X Exurge dne. Cu de fine seculi ppheta tractaret. aduentu antixpi cordis illuminatione pspiciens & periculi magnitudine perterritus magna uoce proclamauit. Exurge dne non preualeat homo. Ipse enim homo pessimus. que humana n potest ferre conditio. In q tanta erit uersutia uel potestas. ut nisi dni uirtus ei possit superare nequitia. Gentes etia poterit inducere que cu ipso seuissimo scelerum magna facture sunt.

Y Constitue dne. Euidentius nunc de ipso dic antixpo. ut talis princeps detur peccatorib; n q eos regat. sed cu ipsis una depereat. D einq sequitur. ut sciant gentes. H oc aute dictu minantis. e. ad conuersione potius inclinent. q de sceleris sui libertate psumunt. Legislator uero est. Et q ille contra precepta dni multa iussurus est. in maledicto ponit. ut eis pro legis conditor tribuatur.

Cantate dn̄o habitatori syon. annuntiate in poplis cogitationes eius.

Qm̄ quaerens sanguinem eorum recordatus ē. nec oblitus ē clamorē pauperum.

Misertus ē mei dn̄s. uidit afflictionē meā ex inimicis meis.

Qui exaltas me de portis mortis. ut narrē omīs laudationes in portis filię syon.

Exultabo in salutari tuo. infixe sunt gentes in interitu quē fecerunt.

In rete quā absconderant. captus est pes eorum.

Agnitus est dn̄s iudiciū faciens. in operē manuū suarū corruit impius sonitu sempiterno.

Conuertantur impii in infernū. omīs gentes quae oblitę sunt dī.

Qm̄ non in aeternum obliuioni erit paup. expectatio pauperū n̄ peribit in ppetuum.

Surge dn̄e non confortetur homo. iudicentur gentes ante faciem tuam.

Pone dn̄e terrorē eis. sciant gentes homines se eē.

G Qui exaltas me de portis mortis ut adnuntiē omīs laudationes tuas in portis filię syon. Quid p portas filię syon nisi bona quęque actio designat. p quā anima ad conuentū regni celestis ingreditur. Vnde nunc ppheta ait. Qui exaltas me de portis mortis ut adnuntiem omīs laudationes tuas in portis filię syon. Portę quippe mortis sunt actiones prauę quę ad interitū trahunt. Quia autē sion speculatio dr̄. portas sion actiones bonas accipim. p quas sup̄nā patriā ingredimur. ut regis nr̄i glām contēplem.

G Non in finē obliuio erit pauperis. patientia pauperū non peribit in fine. Quantumlibet uel in aduersis patientes uel in prosperis humiles simus [illegible] uita recipi nobis bona psentia nullo modo requiram. Non p labore patientię bona speranda sunt sequentis [illegible] cum nunc p̄mia nr̄i laboris incipiat quando omīs labor iā funditus cessat. Hinc ergo p psalmistā dicit. Patientia pauperū non peribit in fine. Quasi perisset patientia pauperū [illegible] p illā in uita hac humilib. recompensaretur. Sed patientia pauperū in fine non perit. quia tunc eius glā pcipitur. cū simul omnia laboriosa terminantur.

V t quid dne. Interiectio dirapsalmatis p pha illius temporis mala prenotans. afflictos consideratione dno dicit more infirmitatis humane.

C ur recessisti longe. Non quod ille locum relinquat et ad alium transferat qui ubique totus est. sed quasi recessisse creditur cum subuenire tardauerit.

D um superbit impius. Studiosius est hec sententia perscrutanda. ne putet exinde iustus iri qui peccator in isto seculo uidetur extolli. Sed sic potius intellegendum est. Superbit impius cum effectum maligne uoluntatis expleuerit.

T unc magis pauper ad studium uirtutis accenditur. qui dum uiderit peccatorem nimis exaltatum. facile nouit casurum. et ad uiuas ad humilia tendit. unde se exaltandum potius esse confidit.

Q m laudatur peccator. Reddita est causa. qua peccatores cogitationibus suis faciat inligari. Malus enim dum predicatur catolicus. nec de correctione cogitat. cum laudator blandiens inuenitur. Quod prope de antixpo datur intellegi. qui fallentium cateruis ad hoc usque perducitur. ut se non solum regem terrenum. sed etiam rerum omnium perducet dominum sic apostolus dicit ita ut in templo dei sedeat. et cetera. Sed ista illi proficiunt ad ruinam. irritat enim uerum dominum. ut falsus deus flammis ultricibus addicatur.

S ecdm multitudinem. In exponenda uoluntate antixpi perseuerat. qui secundum peccata sua dominum non requiret. Dicendo enim secundum multitudinem ire sue. ostendit omnia illum turbulenta crudeliaque facturum. Uerum istius nequitie causa reddita est. quia in conspectu suo non habet dominum. de quo dampnabiliter plura loquitur. Inquinate sunt uie illius.

S ic de iustis dictum est beati inmaculati in uia. et cetera. ita nunc de antixpo dicitur omnes semitas habere pollutas. id est cogitationes factaque sordentia. Necesse est enim ut sint examinata atque polluta. que ducatu pestiferi diaboli sordidantur.

A uferuntur iudicia tua. Cum iudicia ta in se respicit esse delata. dominum non putat exercere uelle iustitiam. Sic enim auferuntur a corde impii iudicia dei. cum uidet tardius uenire quod celeriter meruerat sustinere. Et quod illi auget interitum. cum uiuus seruiat. omnium inimicorum suorum dicitur optinere principatum.

D ixit enim in corde suo non mouebor. His uerbis perpe cogitatione designat antixpi. uel eorum qui eius famulantur arbitrio. quoniam scriptum est. imitantur illum qui sunt ex parte eius.

C uius maledictione os plenum est. Nequitia eius duplicia peruersitate describitur. In ore quippe habebit blasphemia. maledicti [illegible] one. cum se dei filium mentietur.

S Cogit[illegible] ta sententi[illegible]

L S edet in insidiis. Cum dicit sedet in insidiis ad antiquam expilatorum consuetudinem comparauit. qui occulte uias insident. ut interficiant innocentes. Cum diuitibus: Hic significat multitudinem malorum. Sepe enim in scripturis diuites in malo accipiuntur. sicut pauperes in bono. Interficere

A V t quid dne recessisti longe. despicis in oportunitatibus, in tribulatione.

B D um superbit impius incenditur pauper. comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.

C Q m laudatur peccator in desideriis animae suae. et iniquus benedicitur.

D E xacerbabit dnm peccator. secdm multitudinem ire sue non queret.

E N on est ds in conspectu eius. inquinate sunt uiae illius in omni tempore.

F A uferuntur iudicia tua a facie eius. omnium inimicorum suorum dominabitur.

G D ixit enim in corde suo. non mouebor a generatione in generationem sine malo.

H C uius maledictione os plenum est et amaritudine et dolo. sub lingua eius labor et dolor.

I S edet in insidiis cum diuitibus in occultis. ut interficiat innocentem.

K O culi eius in pauperem respiciunt. insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.

L I nsidiatur ut rapiat pauperem. rapere pauperem dum attrahit eum.

A maritudine. quando resultatoribus suis penam mortis indicit. et ad supplicia iubet peruenire. qui eum tanquam numen contempserunt adorare. Hec habet in ore. que locutur est publice. Sub lingua uero quod ait. designat eum cogitationes habere pessimas. Cte eum ipse perditus sit. perdere cuncta festinet. Labor et dolor. Quoniam sine labore et dolore corporis consummari non potest corona martyrii.

innocentem est. de religioso facere sacrilegum. cuiusque animam perpetua morte dana re.

K I nsidiatur in abscondito. Leonem in cubili suo antefatum dicit antixpm. qui atrociter et dolose lacerat. cuius est populus xpi. Ad unum quod pertinet quod positum est leo. ad dolos quod ait in cubili suo.

L I nsidiatur ut rapiat pauperem. Iteratio insidiarum. immanitatem calliditatis persecutoris ostendit. Rapere uero pauperem. significat subitum periculum anime. ad quod ille nefandissimus trahere nititur innocentes.

R apere pauperem geminauit. et mox causam persecutionis adnectit.

D um attrahit eum. id est dum illum auctoritate culture. ad nominis sui uenerationem molitur adducere.

Quare dne stas alonge. despicis
intemporib; angustiē.
Insupbia impii ardet paup. capiuntur
inscilerib; quae cogitauerunt.
Quia laudabit impius desideriū animę
suę. & adplaudens sibi blasphemauit dm.
Impius scdm altitudinē furoris sui n̄ re
quiret. nec ē ds inomib; cogitationib; eius.
Parturiunt uiae eius. inomi tempore.
Longe sunt iuditia tua afacie eius. oms
inimicos suos despiciet.
Loquitur incorde suo n̄ mouebor ingene
ratione & generatione ero sine malo.
Maledictione os eius plenū ē & dolis. &
auaritia sublingua eius dolor & iniquitas.
Sed & insidians iuxta uestibula inabscon
ditis. ut interficiat innocentē.
Oculi eius robustos suos circumspiciunt.
insidiatur inabscondito quasi leo incubili.
Insidiatur ut rapiat pauperē. rapiet
pauperē cū adtraxit eū adretē suum.

avarus

G. Sublingua eius labor & dolor. Sedet in insidiis cū diuitib, inocculti. Peruer si quique quia malū non inlingua sed sub lingua habent. sermonib, dulcia ptendunt. et cogitationib, dulcia puersa mo liuntur. De ipso ergo capite scriptū est. Sub lingua eius labor et dolor. Quia eni non aperte mala quę cogitat osten dit. laborē ac dolorē eorū quorū mortē appetit. non inlingua exserit sed sub lingua premit. Cauis tamen hoc loco nisi psonā anticristi. psalmista descrip sit. Propter eni puersa docmata. sub lingua ei labor et dolor ē. Propter miraculorū uero speciē sedet ininsidiis propter uitę sctaris potestatis gtam. cū diuitib inoccultis. Quia eni simul & miraculorū fraude et terrena potestate utitur. et inoccultis et cū diuitib, sedere phibetur.

G. Insidiatur inocculto sicut leo incubili suo. Hoc de ultimo seuitia diaboli pphēta testatur dū insita fuerit uirtute laxat. Adaptā naq; potentiā suffecisset ut leo eet. si insidians non fuisset. Rursuq; ad occultas uersutias suffecisset. ut insidians subriperet. etiā si leo eet. Sed quia antiquus hostis incunctis suis uirib, effrenatur. seuire p utraq; p mittitur. ut contra electos incerta mine & fraude et uirtute laxetur. Virtute p potentia. fraude p signa. Recte ergo et leo et insidians dicitur. insidians p miraculorū speciē. leo per fortitudinē secularē. Vt eni eos qui aperte iniqui sunt. ptrahat. secularē potentiā ostentat. Vt uero etiā iustos fallat signis scitate simulat. Illis eni suadet elationē magnitudinis. istos decipit ostensione scitatis

In laqueo suo. Laqueus significat dolū. q simpliciū corda rapiunt. & uelut nodo puersitatis lamentabilit alligant. Humi liauit autē bene dictū est. q de uera religione sine dubio cadunt. q ad in sana dogmata pducunt. Inclinabit se. Hic iā de ipso tyranno dic. q in dī seruos pmissa potestate crassabit. In clinabit se. id ē cū animū suū nimia pditorū adquisitione remiserit. & q̄si malorū copia crapulat. in aliqd otiū post scelorū penas afflictionesq; puenerit. Tunc g̃ de sua psumptione nequissima cadit. q̄ndo illi cū suis sequacib; superue nerit repentin interitus.

Dix enī in corde suo. Nimis stulta cogitatio. Credit est dm̄ dissimu lare. cui honorē sacrilegus conatur eripere. putans eū fideles suos nolle respicere. cū ppter ipsū doceantur omia penalia sustinere.

Exurge dn̄e ds̄. Supplicat pphēta dn̄i aduentū quē sciebat futurū dicens. Exurge. id ē citius surge. q̄si dixisset celerit ueni. Exaltet manus tua. Manus operationē significat. Sed ista dī operatio iudiciū est qd expectam uen turū. Illud enī desiderabat uenire. ubi iste superius dict posset occūbere. Ne obliuiscaris pauperū. Nunc rogat ne sedm̄ uotū antixp̄i obliuiscat pau perū in finē scl̄i. ubi futura est retri butio meritorū.

Propt quid irritabit impius dm̄. In hoc uersu mirabili breuitate. & sciscitatio pmittit. & responsio apta ēsequitur. Interrogatiue enī pnunciandū est. ppt qd irritabit impius dm̄. deinde res pondendū. dixit enī in corde suo non requiret. Constat q̄ppe ideo dn̄m irri tatū. qm̄ eū impius n̄ putabat facta sua posse requirere. Sed inueniet me morē. quē putabat oblitū.

Vides qm̄ tu laborē. Istud iā pbata re dn̄o cū gratulatione dicendū est. Uides qm̄ tibi nullus illudet. Superi us dixerat sub lingua eī labor & do lor. hęc uerba nunc repetit. uides qm̄ tu laborē & dolorē consideras. Quę ille pfidus dū sub lingua haberet. id ē in cogitatione uolueret. cognosci penit n̄ credebat. Consideras pfecto. q̄ndo in manib; tuis id ē iudicio tradit non euadit. sed digna factis recipit. qui uacandū a scelerib; n̄ putauit.

Tibi enī derelict est paup. In mediū deductis impiis atq; ēuictis. redit ad iustos. ut sic illi digna factis recipiunt. ita isti pmissa pmia ēsequant. Paup dicit a paululo lare. Pupillū dicit. n̄ cui genitor carnalis occubuit. sed cui pat sepult est mundus.

In laqueo suo humiliabit eum. inclinabit se & cadet cum dominatus fuerit pauperū.

Dixit enī in corde suo oblitus ē ds̄. auertit faciem suam ne uideat in finē.

Exurge dn̄e ds̄ exaltetur manus tua. ne obliuiscaris pauperum.

Propter quid irritauit impius dm̄. dixit enī in corde suo non requiret.

Uides qm̄ tu laborē & dolorē consideras. ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus est pauper. orphano tu eris adiutor.

Contere brachium peccatoris & maligni. queretur peccatū illius & n̄ inuenietur.

Dn̄s regnabit in ęternū & in sclm̄ scl̄i. peribitis gentes de terra illius.

Desideriū pauperū exaudiuit dn̄s. preparationē cordis eorū audiuit auris tua.

Iudicare pupillo & humili. ut non apponat ultra magnificare se homo sup terram.

ORATIO.

Confessioni nr̄ę piam aurē tuam ds̄ clemens aperi. q sperantes in te nunquā consuesti relinquere. ut exaltati de portis mortis ppe tuę possim salui temptatoris occulti insidias effugere. P dn̄m.

Abbilis enī pupillis diuidi n̄ po[...] adiutoriū dī. quorū pat diabo[lus] in actione facinorū pbat ext[...]

Contere brachiū peccatoris. [...] oculos pphetię antixp̄i ne[...] redit. rogat ne illi bachari d[...] tius liceat in sanguine beat[...] Contere id ē ad nihilū redige. Brachiū eī dicit potentiā. qu[a] peccatores male utebant.

Dn̄s regnabit in ęternū. Ex tincta clade generali. ad f[u] turū rerū ordinē uenit. q[...] extincto antixp̄o. dn̄i regn[um] ęternū. piū munificūq; u[en] turū est. Emittit enī pēu[...] rere scelestū malū. ut grat[...] regnū dn̄i suscipiat optat[...] Gentes peccatores dicit. imp[...] q̄ feralit uiuunt. nec dn̄i l[e] gib; obsecunt. De tra eī. Re[g] nū significat saluatoris. qu[o] soli beatissimi pfruunt.

Desideriū pauperū exaudi[uit] dn̄s. Bene uota iustorū uer[...] ēgruis exp̄muntur. Dicit en[im] desideriū pauperū. qd fit sep amore pmisso. ut illic cū euidentē uidere cupian[t] ubi etiā nunc mētis lumin[a] transferunt. Preparatione cordis. p q̄ alia translatio h[a] bet. ēcupiscentiā. q scī ad pparant corda sua. & hoc a[...] omia concupiscunt. ut dn̄[m] uidere pualeant. Audiuit auris tua. Non putandū habere ds̄ humana mem brorū. sed auris exauditio intellegenda ē.

Iudicare pupillo. Ecce au[c] toritate pphetica comone[t] n̄ solum quelibet pupillū & humile dō esse gratissim[um] Nā cū dicit iudicare pupill[o] & humili. significat p ipso ferre posse sententiā. Sed ci[...] humilis dicit. iustissim ap[...] bat. Sequit quoq; definitu pmissio. ideo illa quę dict[a] sunt fieri. ut ulterius a nul[lo] hominū pmittat excedi. Tu siquidē omia mala finiend[a] sunt. q̄ndo auctor omnium peccatorū cū sua plebe dam nabitur.

Et confractũ subiciet. & irruit uirib; suis ualent.

Dixit incorde suo oblitus est ds. abscondit
faciẽ suã nec respiciet inperpetuum.

Surge dnẽ ds leua manũ tuã. ne
obliuisci pauperum.

Quare blasphemauit impius dm̃. dicens
incorde suo quod ñ requirat.

Vides quia tu laborem & furorẽ respicis.
ut detur inmanu tua.

Tibi relinquuntur fortes tui. pupillo
tu es factus adiutor.

Contere brachium impii & maligni.
querens impietatẽ eius & ñ inuenies.

Dñs rex sclĩ aeternitatis. perierunt
gentes de terra eius.

Desiderium pauperũ audiuit dns.
praeparasti ut cor eorũ audiat auris tua.

Et iudices pupillum & oppressum. &
nequaquã ultra supbiat homo de terra.

A Finis xpm significat. sic supra dictu est. Sed quia diverso modo psalmi de eo loquuntur. ideirco finis diversu habet intellectu in titulis psalmoru. Aliquando enim indicat ei passionem. aliquando gloriosa resurrectione. In hoc vero loco. fide illius significat. de qua in hoc psalmo loquitur eccl(esi)a adversu hereticos. Et ita licet finis diverso modo ponatur. semper ad xpm tendit. Ipse enim nra passio. per quam redempti sumus. ipse est et resurrectio nra in qua resurgere nos speramus. Ipse quoque est et fides nra in qua credimus.

B In dno confido. Ex persona uiri fidelis sumit propheta. loquiturque contra hereticos et dicit. Dum ego sum in religionis fixo cacumine stabilitus. quemadmodu mihi suadetis transmigrare in monte. id est ad heretica(m) pravitate(m). mentientes ibi esse xpm. ubi veritatis nullu pla(ne) habere vestigiu. Mons enim in scripturis divinis. diversa habet significatione. Ponitur enim et in bono et in malo. Nam in bono cum dicitur. firmitas ei consideratur. et honorabilis altitudo. Cum in malo. stupor mentis et elevata superbia.

P asseru quoque plura sunt genera. Alii gaudent ad foramina parietu. alii vallesque roscidas querunt. nonnulli montes appetunt squalentes. Sed nunc de illis dicit. qui ad altissima loca terraru levissima voluntate rapiuntur. vel his merito similes estimentur. qui ad nequissimas predicationes levitate inconstantis animi transferuntur.

C Quoniam ecce peccatores. Arcu. diuina mandata debemus advertere. que hereticus tractans. et in sua pravitate componens. ad vulnus animae tendit operandu. non ut ad salute compungat. sed eterna morte transfodiat. Et bene arcus ponitur in sacratissimis scripturis. qui in unu duo testamenta coniungens. aut defensione tribuit aut ruina. Paraver(unt) sagittas suas. Permanet in comparatione sagittarii. Nam sicut iste habet sagittas in pharetra. ita ille gestat in corde verba venenosa. In obscuro. id est latenter vel dolose. ne fraus eorum deprehendatur. Rectos corde. id est fideles catholicos.

D Quoniam que perfecisti destruxerunt. Hereticos dicit destruxisse lege dni falsis scilicet interpretationibus suis. Iustus autem id est xpe quid fecit. subaudi mali. ut tanta contra eum garrirent insania.

E Dns in templo sco suo. Exprobrat his qui falsa sentiunt de religione. verissima propheta dicit hereticis. Non habitat in vobis inique ds sicut sperabatis o heretici. sed in templo suo hoc est in unoquoque fideli religiosoque catholico. De quo templo ait apostolus. Templum dei sanctum est. quod estis vos. Celum sanctos viros significat. quos presentia magestatis sue divinitas insidere dignatur.

E Oculi eius in pauperem. Sicut infelices sunt a quibus avertitur ds. ita beati redduntur. ad quos propitius respicit ds. Nam lapsus petrus tunc rediit. quando illum clementia divina respexit.

P alpebre dicte sunt a palpitando. Sunt enim quedam oculorum tecta et quasi folles oculorum. quos claudimus dormiendo. ut fatigatu corpusculu reparare possimus. Ergo que in dno membrorum ministeria per allegoriam frequenter aptantur. dicit eum non solum quando intendit oculis. sed etiam tunc requirere. id est considerare filios hominu. cum negligere quasi dormiens estimatur.

A In finem psalmus david.

B IN DNO confido quomodo dicitis animae meae. transmigra in montem sicut passer.

C Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum. paraverunt sagittas suas in pharetra. ut sagittent in obscuro rectos corde.

D Quoniam quae perfecisti destruxerunt. iustus autem quid fecit.

E Dns in templo sco suo. dns in caelo sedes eius.

E Oculi eius in pauperem respiciunt. palpebrae eius interrogant filios hominu.

G Dns interrogat iustum et impium. qui autem diligit iniquitatem odit animam suam.

H Pluet super peccatores laqueos. ignis sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum.

I Quoniam iustus dns et iustitias dilexit. aequitatem vidit vultus eius.

K In finem pro octava psalmus david.

L SALVUM me fac dne quoniam defecit sanctus. quoniam diminutae sunt veritates a filiis hominum.

G Dns interrogat iustu. Quia ds omnia conspicit. interrogat iustu et impiu. dum diligenter quid quisque agat. ut iustu remuneret. impiu vero damnet. Sequitur brevis et mani(festa) sententia. quid sit diligere iniquitate. odisse vero anima sua. scilicet qui peccata diligit et diabolu sequitur. odit anima sua. que eternu illi parat interitu.

H Pluit super peccatores. Recordatur propheta ultionis illius quam dns exercuit super sodomitas et gomorritas. quorum ita terreat hereticos. ne sua temeritate illa patiantur in anima que illi passi sunt in corpore. Ignis. sulphur. spiritus procellaru. pars calicis. Ignis ardore habet. sulphur fetore. Et qui illi immoderate libidini serviebant. hoc fuit pars calicis eorum. Et nota. quia calix hic in malo ponitur.

I Quoniam iustus dns. Iustus autem dns dicitur. a quo omnes iustificamur. Iustitias dilexit. hoc est probas et bonas sanctorum actiones elegit et approbavit. Equitate vidit vidit vultus eius. Illam tamen quam ipse prestare concessit. Non enim quicquam boni habet humanitas. nisi quod a deo bonorum omnium susceperit largitore. Vultus autem hic presentiationem illius significat. qui respicere dignatus est eos qui opera equitatis gerunt.

O R A T I O.

Dirige dne quesumus oculos pietatis tue super humile paupertatis nostre persona. et circunda nos fidei armis. ut ab iniquitatu sagittis eruti valeamus equitate et iusticiam custodire. Per dnm.

K Licet finis semper pro xpo ponatur sicut supra dictu est. tamen diverso modo de xpo profertur. aliquando passionem. aliquando vero resurrectione. aliquando fide significans. Hic significat resurrectione. que proprie pertinet ad ipsu xpm. per quem omnes resurgemus. pro qua et iste psalmus cantatur.

E st autem psalmus david. hoc est laus xpi. Octava vero dies. post quam hic psalmus canitur. generale significat resurrectione. que post sex huius seculi etates. et septima iustorum requies est futura. In hac enim vita plurale numeru habemus dieru. quoniam

p presens uicissitudine noctis et
diei atque reuolutione septe dieru
expleatur. In eterna uero uita n
erit pluralis numerus. quia nec
erit uicissitudo aut reuolutio
temporu. sed claritas pmanebit
diei. de qua in sequentib; dicetur.
Ordinatione tua pseuerat dies.
Sicut enim sex dieb; ds opus suu pfec.
et sexta die passus. septimo die
requieuit in sepulchro. octaua
uero resurrexit a mortuis. ita
sci p sex huius scli aetates ope
rantes temptationes sustinent.
n septimo requiescunt anime
in celo. corpora uero illoru in
sepulchro. in qua requie singu
las possident stolas. Octaua u
resurgent. et in terra sua dupli
cia possidebunt. quando eorum
beatitudo aeternaliter pma
nebit. Merito huic psalmo
octaua dies aptata e. ubi sci
istius consuetudo iustos. tuta
osa deseritur. et illius ueram in
nocentia postulatur.
Saluu me fac dne. Conspiciens
pphia multiplicia sci mala. ho
minesq in malis crescere et a bo
nis deficere. saluu se petit a dno
fieri. apud que uera medicinam
nouerat inuenire. sem dicens
defecisse de mundo. ubi tanta ma
loru inerat multitudo. Diminu
te sunt ueritates a filiis hominu.
Ait enim scs deficere non poterat.
nisi fuisset int homines ueritas
imminuta.

Palpebre ei interrogant filios ho
minu. Aperiendo nobis quedā
atque claudendo nos interrogat ds.
sicut p psalmista dr. palpebre
ei interrogant filios hominu.
Palpebris quippe apertis cernim.
clausis nihil uidem. Quid ergo
per palpebras di. nisi ei iudicia
accipim. que iuxta aliqd clau
dunt hominib, et iuxta aliqd
reserant. ut homines q se nes
ciunt sibimet ipsis innotescant.
quatenus du queda intellegen
do conphendunt. queda u cog
noscere omino non possunt. eoru
ese corda latenter inquir. si
llos diuina iudicia ut clausa
non stimulant ut apta non in
flant. Hac enim paulus interroga
tione

Parauerunt sagittas suas in pharetra ut sagittent in
obscuro rectos corde. Quid faretra nomine nisi p
uoru machinatio designat. Iniqi enim cu dolos quos
bonis excogitant. secretis machinationib, occultant.
quasi in pharetra sagittant parant. Et in hoc psenti

uite caligine uelat in obscuro rectos
corde feriunt. quia maliciosa eoru
iacula et sentire puului possunt
et tamen ueniencia dephendi non
POSSUNT;

IN DNO speraui quomodo dicitis anime
meae. transuola in montē ut auis.
Quia ecce impii tenderunt arcū. posuerunt
sagittā suā sup neruū. ut sagittent
in abscondito rectos corde.
Quia leges dissipate sunt. iustus quid
operatus est.
Dns in templo sco suo. dns in caelo
thronus eius.
Oculi eius uident. palpebrae eius
interrogant filios hominum.
Dns iustum pbat. impiū aut et diligentē
iniquitatē odit anima eius.
Pluet sup peccatores laqueos. ignis et
sulphur et sps tempestatis pars calicis eorum.
Qm iustus dns iustitias dilexit.
aequitatem uidebunt facies eorum.

Xpc de passione scorū suorum dicit de iudeis.

SALVA dnē qm defecit scs. qm immi
nuti sunt fideles a filiis hominū.

In dno confido. Uerba dauid qndo saulem
fugiens in desertis habitare e copulsus. Aliter.
vox xpi est. Lege ad genesim pditionem
sodomae.

C. In dno confido. Psalmus hic totus ad psonā
pphe referendus e. Primo capite de insidi ·I·
atorib; dicit hereticis. q nituntur catholicos
in suā conuertere prauitatē. In dno cfido.
Secundo iudiciu dni cominatur. et quid in ·II·
in illa retributione sustinere possint eui
dent ostendit. ut iusticia dni metuentes
supsticiosas deserant falsitates. Dns in teplo.

Saluu me fac dne. Ex psona dauid canit. qd
in tepore ei omis defecerit scs. et diminute
sint ueritates a filiis hominu. Aliter. xps
de passione suorum dic de iudeis. Lege ad
lucā. Aliter. Psalmus iste p octaua scribitur. id
dominica die resurrectionis xpi quando
defecit credens. et diminute sunt ueritates.
ita ut etiā custodib; corporis pecunias offer
rent. quos labia dolosa dns dispdet.

C. Saluu me fac dne. Prima parte pphia a ·I·
mundi istius puersitate saluu se petit fieri.
qm supbi atque dolosi. potentiā dni scelera
tis oblocutionib; abnegant. Saluu me f.
Secundo pmissione patris p omnipotentem ·II·
filiu predicat e faciendā. Eloquia dni
sub breuitate collaudans. sicut prius ser
mones impios arguebat.

pbat e q post percepta internā sapientiā post ap
ta claustra paradisi. post ascensu celi tertii.
post supne locutionis misteria adhuc dicit.
Ego me non arbitror conphendisse. Et rursu.
Ego su minim omium apostoloru. qui non su
dignus uocari apostolus. Et rursu. Non quia
sufficientes sum cogitare aliquid a nobis quasi

Vana locuti sunt. Vana falsa significant. Et licet generaliter hoc de omnibus reprobis possit intellegi. specialiter tamen ad iudeos pertinet. qui falsa locuti sunt de christo ad proximum suum. iudeus videlicet ad iudeum. pharyseus ad pharyseum. dicentes hic homo non est a deo. et multa alia.
Proximum quoque intellegere possumus. non tam cognatione generis. quam participatione sceleris. Labia dolosa sunt fraudulenta et callida. quae aliud exterius proferunt. aliud interius cogitant. Quid autem esset quod dixit labia dolosa. exposuit subiciens. in corde et corde locuti sunt mala. Simplices namque unum dicuntur habere cor. sicut in actibus apostolorum legitur. erat illis cor unum et anima una. E contrario iudei duo dicuntur habere corda. quia aliud mente gestabant. aliud ore proferebant.

Disperdat dominus. Sequitur sententia generalis. Disperdat id est dividat. contra adunationem dicitur iudeorum. ut disperiant qui in ima se perversitate collegerant. Lingua vero magniloqua est. quae sibi aliquid magnae potestatis assumit. nec intellegit a creatore datum. Et ne in bono linguam magniloquam potuisses accipere. premisit labia dolosa.

Qui dixerunt linguam nostram. Iudei et sapientes huius seculi de sua eloquentia presumentes. dicunt. Linguam nostram magnificabimus. hoc est superbe loquemur. quia labia nostra id est verba labiorum nostrorum a nobis sunt non a deo. Doctrinam quam habemus ex nobis ipsis percepimus non aliunde. Quis noster dominus est. Subauditur nullus. Ac si dicant. Ideo nullum habemus dominum. quia omnia quae scimus a nobis ipsis accepimus. Et quia deo nolunt esse subiecti. ponunt in sua potestate. quod se a deo non intellegunt accepisse.

Propter miseriam inopum. id est propter credentes. qui in dolore et tristitia sunt constituti. Nunc ponit pro tunc. exurgam id est manifestabor. cum resuscitavero filium meum. qui sua resurrectione inopis et pauperibus adhibebit consolationem. Quod tunc impletum est. quando eo resurgente gavisi sunt discipuli viso domino.

Ponam in salutari. Salutare dei filius est. per quem decrevit salvare genus humanum. Ponam in salutari. subauditur inopum et pauperum. Fiducialiter agam. quia quicquid ille decrevit nullus poterit obviare.

Eloquia domini eloquia casta. videlicet virginali integritate purissima. quae ullum mendacium non corrumpit. nulla macula falsitatis inficiat. Sicut castitas ignorat pollutionem. ita eloquia domini nesciunt cum aliqua sorde misceri. Argentum igne examinatum. Adhuc definit per similitudinem

Tu domine servabis nos. Presumptionem humanae superbiae aufert. ut nullus in suis viribus aut scientia confidat se posse salvari. nisi in domino. Et custodies nos non nos ipsi. a generatione hac vel iudeorum. vel gentilium impiorum. a quibus nostra virtute nos liberari non possumus. nisi tua misericordia protegamur. Addidit

Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum. labia dolosa in corde et corde locuti sunt.

Disperdat dominus universa labia dolosa. linguam magniloquam.

Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus. labia nostra a nobis sunt quis noster dominus est.

Propter miseriam inopum et gemitum pauperum. nunc exurgam dicit dominus.

Ponam in salutari. fiducialiter agam in eo.

Eloquia domini eloquia casta. argentum igne examinatum. probatum terrae purgatum septuplum.

Tu domine servabis nos. et custodies nos a generatione hac in aeternum.

In circuitu impii ambulant. secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

In finem Psalmus david.

VSQVEQVO domine oblivisceris me in finem. usquequo avertis faciem tuam a me.

metalli candidi. quod sint eloquia casta. Argentum igne examinatum. quod solet esse purissimum. quando frequenti fuerit decoctione mundatum. Purgatum septuplum. Qui numerus ad septiformem spiritum videtur posse respicere. de quo propheta dicit. quod requievit super dominum spiritus sapientiae et intellectus. et cetera.

in aeternum. quia hic nos in tribulationibus consolatur. ut ibi in aeterna securitate constituat. Hic adiuvat. illic glorificat et coronat.

In circuitu impii ambulant. Impii appellantur huius seculi amatores. qui in circuitu ambulant. cum in suis voluptatibus temporalium rerum amore volvuntur. ut numquam possint ad rectam pervenire semitam. Sed sicut rota semper volvitur in semet ipsa et nullum iter perficit. ita et ipsi rectum iter deserentes. in huius seculi voluntate versantur. Porro quod sequitur secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. ad electos pertinet qui innumerabiles exist[unt]. Sicut enim deus immensus est et incomprehensibilis. ita et multitudo filiorum innumerabilis est. qui filii dicuntur hominum. hoc est imitatores iustorum. Ceterum deo notus est suorum numerus electorum.

ORATIO

Miserere fragilitatis nostrae sci[...] pater. et concede nobis quaesumus elo[quia] tua puro corde continere. ut [...] simus multiloquam dolositatem in sanientium declinare. P.

Sicut supra dictum est. licet finis christum significet. aliquando eius na[...] passionem. aliquando resurrection[em ...] facta denunciat. aliquando fidei [...] intimat. Hic pro fine finis ad eius [...] incarnationem. de qua in hoc psa[lmo] loquitur propheta ex persona omnium [...] precedentium adventum christi.

Usquequo domine. Plenus propheta divin[i]tate copiosa quam eius humanatio[nem] avide sustinebat confiden[...] tians. dicit differri se diutius [ab] expectatione sua. Quando [...] desideranti valde molesta [...]

Quę licet inluminatione fidei crede
bat ee uenturu. de ei tam tarditate
equerit. cui adhuc speratu cernere
n merebat aduentu. Usque quo id
quandiu obliuisceris. Non eni obli
uiscit ds. sed ab eo q desiderat ob
liuione credit pati. quando differe
donare qd petit. In fine hic tepus
significat q incarnatione dni pui
debat ee uentura. Usque quo auertis
acie tua a me. apparitione postu
at xpi. qua in spu ia uidebat.
sa est enim facies ei. q carnalib; o
ulis potuit apparere. Qua ille
ir se affectu generalitatis me
to cupiebat aspicere. q mundu
ignata e. celesti uisitatione sal
are.

r nobis. sed sufficientia nra ex do
st. Apertis ergo palpebris di inter
ogat paulus. recte ... respon
it. Qui et supna secreta attigit.
tamen in humilitate cordis
ublimit stetit. Qui rursu cum
ecreta di iudicia de repulsio
e iudeoru & gentiu uocatio
e discuteret atq; ad ea puen
e non posset. quasi clausis di
alpebris interrogat e. sed rec
ualde responsu reddidit.
u do se in ipsa sua ignorantia
ient inclinauit dicens. O alti
udo diuitiaru sapientie & sci
ntie di. qua incophensibilia st
udicia ei & inuestigabiles uię
us. Quis enim cognouit sensu
ni. aut quis consiliarius ei
uit. Ecce enim absonsis misteriis
i clausis palpebris inqsit pla
ta acreta respondit. q se
eta aditu pulsant. quia p
gnitione intro mitti ad in
riora non ualuit. p confes
ne ante ianuas humilis
etit. & qd int cophendere
onpotuit. foris timendo
AVDAVIT;

it. sup peccatores loqueos.
nis sulfur et spirit pcella
pars calicis eoru. Dicendo
queos. ignis sulphur. sps p
laru multos nimiru dolo
intulit. sed quia ab his do
rib; peccatores qui non corrigit
eterna supplicia uocatur.
lec dolores non ia toti calice

Frustra loquuntur unusquisq; ad proximo
suo. labium subdolu in corde & corde
locuti sunt.

Disperdat dns omia labia dolosa. lingua
magniloquam.

Qui dixerunt linguam nram magnificabimus.
labia nra nobiscum sunt quis dns nr est.

Propter uastitate inopu & gemitu
pauperum. nunc consurga dicit dns.

Ponam in salutari. auxilium eorum.

Eloquia dni eloquia munda argentu
igne pbatum separatu a terra.
colatum septuplum.

Tu dne custodiens ea seruabis nos.
a generatione hac in aeternum.

In circuitu impii ambulant cu exaltati
fuerint uilissimi filioru hominum.

Vox xpi ad patrem de
diabolo dicit.

USQUEQUO dne obliuisceris mei
penitus. usquequo abscondes faciem
tuam a me.

sed pars calicis dixit. quia uidelicet eorum
passio hic quide p dolores incipit. sed nul
ctione ppetua consumatur.

Eloquia eloquia dni casta. argentu igne exami
natu. Eloquia dni argentu igne examinatu
dicitur. quia sermo di si in corde figitur.
tribulationibus PROBATUR;

In circuitu impii ambulant. Solet per
circuitu laboris anxietas designari.
sicut de satane responsione scriptu e.
Circuiui terra et pambulaui ea. Sed
satan laborans terra circuire. quia quondam
in celi culmine stare contepsit. Cuq; se
non transuolasse sed pambulasse insinu
at. quanto peccati pondere inimus pre
matur demonstrat. Perambulans ergo
terra circuit. quia ab illa spiritalis po
tentię uolatu corruens. malitię sue
pressus grauitudine foras ad giru labo
ris uenit. De huius ergo capitis imita
torib; ei uidelicet menbris p psalmis
ta dicitur. In circuitu impii ambu
lant. quia malicię illius tabe cor
rupti dum interiora non appetunt.
in exteriorum labore fatigantur.

Usque quo dne obliuisceris me. Ezechię pces
ab assyriis obsessi. Alit. Vox xpi ad pa
trem de diabolo. dicit in marco.

Usque quo dne. Prima parte ppheta credu ·I·
litate sua aduentu scę incarnationis
deposcit expleri. ut uel sic confusa
gentilitas suu posset agnoscere crea
tore. Usque quo dne. Secundo ad nras ·II·
petitiones efficaciter instruendas illu
minari faciem sua uehement expostu
lat. ne inimici aliqua fraude succuberet.
qui sep se in eius dicit misedia fuisse con
fisum. Respice & ex.

C Quamdiu ponam consilia. Hic ardor maximus sustinentiae exprimitur. Dicit sibi deesse consilium. ut uidendi mitigare posset affectum. qui inaestimabilis anxietas est. concupiscere bonum. et diutius sustinere uenturum. Dolorem in corde meo per diem. Adhuc in conquestionibus perseuerat. Subauditur enim de uersu superiori ponam ut sit plena sententia. dolorem in corde meo ponam per diem. id est per singulos dies.

D Usquequo exaltabitur inimicus meus. Inimicum suum diabolum dicit. qui ante aduentum domini exaltatus humana captiuitate gaudebat. Super me. hoc est super credulitatem meam. qui ille toto orbe colebatur instanter. cum deuotionem fidei diuina religio non haberet. Ita ergo propheta loquitur. quasi diceret. Quare iam per mysterium incarnationis non appares. ut sciant omnes quia tu es deus. et eiciens diabolum ex hoc mundo ab omnibus uenereris. et eque omnes suum creatorem aspiciant? Respice. Respicere dei misereri est. Cum uero dicit dauid. respice et exaudi me. non sibi tantum petit misereri singulariter. sed uniuersis fidelibus supplicat subueniri.

E Illumina oculos meos. Oculos autem hic cordis debemus aduertere. qui in mortem obdormiunt. quando fidei lumine sepulto. carnali delectatione clauduntur.

Ne quando dicat inimicus meus. hoc est diabolus preualui aduersus eum. qui tunc utique aduersus hominem preualet. quando in peccatum deicit.

F Qui tribulant me exultabunt. Diabolo et angelis eius ista est consuetudo. ut insultent quos decipiunt. uictorias magnas putantes sequacium ruinas. Dicit enim. Si diuisus a te fuero. illis gaudium dabo. Qui detestabili consuetudine tunc efficiuntur laeti. quando deceptos a se cognouerint possideri. Ego autem in misericordia tua. Quamuis adhuc mea differantur uota. ego tamen spe firmissima in tua sperabo misericordia. quam qualiter putat omnem spem suae credulitatis euacuat.

G Exultabit cor meum. Uirtus fidei magna credentis. Gaudebat ad presentis absentiam. et interior homo dei salutare iam conspexerat. quem adhuc exterior carnalibus oculis cernere cupiebat. Cantabo domino accepisse se dicit. quod manifeste nouerat esse uenturum. Siue quia hoc credidisse iam premium erat. et intende quod prius dixit. cantabo. deinde. psallam. Cantabo corde. ubi nimia laetitia complebatur. Psallam operibus bonis. quod maxime diuinitas querit. ut cantabo pertineat ad contemplationem. psallam ad actualem. Quae duo tamquam gemini oculi pulcherrime sociata. reddunt illuminatissimum (christianum

K Corrupti sunt. Dum a sacrarum scripturarum sanitate recedentes. in sensus inciderunt uitiosos. Sequitur denique causa peccati. ut nefandissima incredulitate maculati abhominabiles domino suis erroribus redderentur. In studiis suis. Studium hic pro amore posuit. In studiis enim suis hoc est.

C Quamdiu ponam consilia in anima mea. dolorem in corde meo per diem.

D Usquequo exaltabitur inimicus meus super me. respice et exaudi me domine deus meus.

E Illumina oculos meos ne umquam obdormiam in mortem; nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum.

F Qui tribulant me exultabunt si motus fuero. ego autem in misericordia tua speraui.

G Exultabit cor meum in salutari tuo. cantabo domino qui bona tribuit mihi. et psallam nomini domini altissimi.

H In finem Psalmus dauid.

I DIXIT insipiens in corde suo. non est deus.

K Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in studiis suis. non est qui faciat bonum non est usque ad unum.

L Dominus de caelo prospexit super filios hominum. ut uideat si est intellegens aut requirens deum.

H Psalmus tertius decimus iudaeis conuenit. sicut uidebimus qui decalogum legis transgressi. et fidem sanctae trinitatis non recipientes. ut uiderunt christum dixerunt non est deus.

I Dixit insipiens. Uidens populus iudaeorum christum in humilitate in assumpta carne uenisse. insipienter dixit dixit non est deus. nec intellexit ipsum esse qui predictus fuerat a prophetis. Ideo grauius quia non dixit in labiis sed in corde. ut malo uoto peior incredulitas iungeretur.

in amoribus. quia plus amauerunt terrena quam caelestia. mundum quam christum. abiecti sunt. Non est qui faciat bonum. Quid ergo dicimus de patriarchis? Nonne bonum fecit noe ad domini preceptum archam fabricans? Nonne bonum fecit abraham? Non bonum iob? Quid de prophetis et ap[ostolis] qui mandatis domini famulantes se gloriosis mortibus obtulerunt? Sed ut haec negatio uerissime eluceat considera quod sequitur. Non est usque ad unum. Reuera solus christus est. sine quo bonum aliquid uel incipere uel implere inbecillitas humana non preualet. Quapropter uere nega[tum] est ullum facere bonum. nisi usque ad [unum] fuerit eius miseratione peruentum. N[am] cum ad eum accedit. nec ab ipso rece[dit] omne bonum sine dubitatione pa[...]

L Dominus de caelo prospexit. Prospexit id est ma[nifestum] est scilicet ut mitteret unigenitum filium suum. per quem uera fides euiden[ti]us potuisset agnosci. Super filios ho[minum]. De iudaeis potest intelleg[i] sicut dominus dicit in euangelio. Non [sum] missus. nisi ad oues. et cetera. Ut ui[deat]. Uideat id est uidere faciat. S[i est] intellegens. id est si est in iudaeis qui [in]tellegat sub tegmine carnis la[tere] diuinitatem. aut si est requirens d[eum] fide ac dilectione. id est si aliquis m[an]data eius custodiens. a uoluntat[e eius] non discrepat. ORATIO

Ne auertas faciem tuam omnipotens deus [ab] inimici nostri qui exaltentur aduer[sus] nos. sed ita cor nostrum in salutari s[uo] exultatione perfunde. ut facias [...] somnum sedem mortis euadere. [...]

Dixit insipiens in corde suo non est ds. Mens hominis malo exterius fusa sic in reb; corporeis sparsa e. ut neq; ad semetipsa int' redeat neq; eu qui e. inuisibilis cogitare sufficiat. Unde carnales uiri uissa spiritalia contempnentes dm que corporaliter non uident quandoq; ad hoc peruniunt ut etia non esse suspicent. Unde scriptu est. Dixit insipiens in corde suo non est ds. Pleriq; eni plus appetunt homines seruire hominib; quos corporaliter uident. qua seruire do que non uident. Per omne eni qd faciunt ad fine oculoru tendunt. & quia in do oculos corporis tenere non possunt. ei obsequia pbere ut despiciunt. ut si ceperint fatigant. Esse eni sicut dictu est non credunt. que corporaliter non intuient. qui si auctore omniu in dm humilit quererent id qd non uidet ei rei que uidetur ee. melius in semet ipsis inuenirent. Ipsi quippe ex ani ... na inuisibili & corpore uisibiles adsistunt. sed si hoc abesset qd non uidet abstrahit. ilico corruit qd uidet. et patent q(ui)de(m) carnis oculi. sed uidere quicq; il sentire non possunt. Sensus ... m uisionis perit quia habitator recessit. & dom' carnis remanet uacua. quia recessit ille inuisibilis sps qui per fenestras respicere solebat. Quia ergo reb; uisibilib; inuisibilia pres ... antiora sunt carnales quiq; ex semetipsis pensare debuerant. ... tq; phane ut ita dixeri scala c(on)siderationis tendere in dm ... uia eo e. quo inuisibilis pmanet ... e eo sumus pmanet. quo copre ... hendi nequaquam potest;

Usquequo ponā consilia in anima mea. dolorē in corde meo p diem.

Usquequo exaltabitur inimicus meus sup me. conuertere me & exaudi me dnē ds meus.

Illumina oculos meos ne umquā obdormiam in morte. nequando dicat inimicus meus praeualui aduersus eum.

Hostes mei exultabunt cum motus fuero. ego aut in misericordia tua confido.

Exultauit cor meū in salutari tuo. cantabo dno qui reddit mihi.

Verba xpi ad diuitem interrogantem se. & de poplo iudeo.

DIXIT stultus in corde suo. non ē ds.

Corrupti sunt & abhominabiles facti sunt studiis. non est qui faciat bonū.

Dns de caelo prospexit sup filios hominum. ut uideret si esset intellegens aut requirens dm.

Dixit insipiens in corde suo n̄ est ds. P eo qd est insipiens. in hebreo nabal positū est. Unde et abigail de uiro suo nabal dix. Vere sedm nomē suū insipiens ē. Hec ezechias cont' rapsacen loqt. Itē uerba xpi ad diuitē se interrogantē in matheo. & de populo iudaico.

E Dix insipiens in corde. Primo modo ·I· increpat secta iudeos. q uiso xpo minime crediderr. Dix insip. Secundo m̄ ·II· dicit inani eos trepidatione confundi. q fructuosū timorē dni cognoscere noluer. Illic trepidau. Ad postremū eorū in fine sctī predicit ·III· euenire conuersio.

M Omnes declinaverunt simul. Omnes dicuntur declinasse, cum tamen ex eis non minima multitudo crediderit. Sed a parte totum accipiendum est. Tanti enim impii fuerunt, ut pene omnes perfidi esse ac perisse putarentur. Isti ergo declinaverunt a gratia dei, et facti sunt inutiles sibi.

N Sepulchrum patens est guttur eorum. Hi quinque versus in hebraicis exemplaribus non habentur. Praesens itaque versus in quinto psalmo iam dictus est. Nam quia eadem erat gens et causa est similis, apte in illis est repetita sententia. Sepulchrum patens. Nam sicut illa cum patent fetidos odores exalant, ita istorum guttur pestiferos sermones profert, et ne soli peccent linguis suis dolosa disseminant. Venenum aspidum sub labiis eorum. Aspidum immane genus constat esse serpentum, quod naturali obstinatione verba incantantium non prohibetur admittere, nec voto suo potest removeri, quod nullo valet carmine mitigari. Cui bene iudaei comparantur, quia sicut aspis dum blanda carmina dicuntur illa semper minatur exitium, ita et os iudaeorum maledictione et amaritudine plenum erat, quando per bonis admonitionibus blasphemabant dominum christum.

O Veloces pedes eorum. Pedes appellat consilii progressus ad effundendum sanguinem subaudiendum domini salvatoris.

P Contritio et infelicitas in viis eorum. Optime via describitur impiorum, quae contritio est, quia terit et teritur. Infelicitas vero, quia numquam per ipsam nisi ad infausta supplicia pervenitur. Viam pacis non cognoverunt, quia ipsum dominum qui est via pacis excaecati corde nullatenus intellegere meruerunt. Non est timor dei ante oculos eorum. Praecedentibus rebus subiecta est sententia, quae pulchre cuncta concludit. Ideo illi tanta fecerunt, quia timorem dei ante oculos non habebant. Sicut de ipsis dicit apostolus: Si enim cognovissent, numquam dominum gloriae crucifixissent.

Q Nonne cognoscent omnes. Sancta ecclesia impiis diuturnum minatur iudicium, dicens in generali retributione cognoscere vindictam, quia nunc sub libertate operantur malitiam. Ordo autem verborum talis est: Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem. Et de sequenti versu iungendum est: quoniam dominus in generatione iusta est. Utique cognoscent in futuro iudicio, quando viderint bonos ad aeterna praemia divine sociari.

R Dominum non invocaverunt. Necesse erat illis desperata agere, qui dominum salvatorem noluerunt superbis mentibus invocare. Illic trepidaverunt timore. Sic oportuno tempore timere repudientia est, ita dementiae probatur et convinctum quemque se trepidatione effundere. Dicebant enim

M Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt non est qui faciat bonum non est usque ad unum.

N Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant venenum aspidum sub labiis eorum.

O Quorum os maledictione et amaritudine plenum est. veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

P Contritio et infelicitas in viis eorum. et viam pacis non cognoverunt. non est timor dei ante oculos eorum.

Q Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem qui devorant plebem meam sicut escam panis.

R Dominum non invocaverunt. illic trepidaverunt timore ubi non erat timor.

S Quoniam dominus in generatione iusta est: consilium inopis confudistis. quoniam dominus spes eius est.

T Quis dabit ex syon salutare israhel. cum averterit dominus captivitatem plebis suae: exultabit iacob et laetabitur israhel.

ORAT[IO]

untur invitari. Se autem ad supplicia numquam finienda transmitti. Qui devorant plebem meam. De illis dicit, qui dogmate pravo absorbent simplices christianos. Sicut escam panis dicit, quia sicut esuriens famem suam festinat dulcissimo panis cibo explere, ita et illi festinant christianorum deceptione satiari. Quod de iudaeis et hereticis est intellegendum.

iudaei de domino: Si credimus in eum per novitatem culturae, venient romani et tollent nostrum et locum et gentem. Ita factum est, ut non credendo domino supervacuis timoribus replerentur, insuper et locum perderent et dominum non haberent.

S Quoniam dominus in generatione iusta est. Non in eis inquit qui seculum diligunt, et ventosa felicitate tument. Consilium inopis confudistis. Invectio dirigitur ad iudaicum populum cum dicitur: consilium confudistis, id suscipere noluisti quod ad te venerat liberandum. Inopis autem de domino dicitur salvatore, qui de suo dives pro nobis factus est pauper. Quoniam dominus spes eius est. Ut unde magis debuit reverentior existere, inde potius videretur opprobria sustinere.

T Quis dabit ex syon salutare israhel. Nunc sancta ecclesia sub admiratione loquitur de christo dicens: Quis inquit dabit ex syon salutare israhel, nisi deus pater? id est quis potest facere ut filius dei nascatur ex populo iudaeorum, et ut sit salvator gentium. Cum averterit dominus captivitatem plebis suae, id est cum damnaverit diabolum qui dei plebem impia crudelitate persequitur et captivare festinat. Exultabit iacob. Superiori investigationi iungitur consolatoria responsio, ut laetetur iacob et israhel, id est iudaeorum et gentium populus gratiae munere collectus vel colligendus. Hic autem iacob iudaeorum antiquus populus debet intellegi, israhel autem universalis ecclesia de cunctis mundi partibus aggregata congruenter advertitur.

ORATIO.

Dignare domine quaesumus de caelo sancto tuo respicere super filios hominum, et da nobis agnoscere viam pacis, ut adversa vitiorum captivitate depulsa, caelestis hierusalem habitaculo perfrui mereamur. Per

Omnes recesserunt simul. conglutinati sunt. non est qui faciat bonum non est usque ad unum.

Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem. qui devorant populum meum ut cybum panis.

Deum non invocaverunt. ibi timebunt formidine.

Quoniam deus in generatione iusta est. consilium pauperum confudistis. quoniam dominus spes eius.

Quis dabit de syon salutare israhel. quando reduxerit dominus captivitatem populi sui. exultabit iacob & laetabitur israhel.

[I]llic trepidaverunt timore ubi non erat timor. Sciendum est quod plerique agere recta desiderant. sed sunt nonnulla quae infirmis eorum mentibus ex presenti vita contraria cognoscantur. Cumque adversa in infimis propter ea metuunt in superni iudicii rectitudine offendunt. Unde saepe nonnulli dum temporalia adversa pertimescunt. districtioni se eternae animadversione obiciunt. De his ergo bene per psalmistam dicitur. Illic trepidaverunt timore ubi non erat timor. Iste namque libertatem iam libere defendere appetit. sed tamen in ipso suo appetitu trepidus indignatione per potestatis humanae pertimescit. Cumque in terra hominem contra veritatem pavet eiusdem veritatis iram celitus sustinet. Ille peccatorum suorum conscius [e]a quae possidet indigentibus iam largire desiderat. sed tamen ne datis rebus egeat ipse formidat. Cumque carnis subsidia reservando trepidus praeparat ab alimentis misericordiae animam necat & cui pati in terra inopiam metuit. eternam sibi abundantiam superne refectionis abscidit. Qui enim concalcanda in infimis metuunt. in summis metuenda patiuntur. Et cum transire nolunt quod calcare poterant. iudicium de supernis excipiunt. quod tolerare nequaquam possunt.

Cum titulus iste nos sollenniter remittat ad dominum, nec sit aliquid novum quod de eius verbis dicere debeamus, de textu potius psalmi quae sunt aptissima perquiramus. Non enim ut aliqui psalmorum quaedam profunditate, sed prophetice interrogatione respondit dominus in decalogi exemplum decem virtutibus ad beatitudinis suae atria pervenire. Quas non per singulos versus quaeras, quoniam singulae et binae et ternae per unumquemque versum continentur.

Sed nos oportunissimis locis quemadmodum dividi et intellegi debeant admonebimus.

Et nota quod hic institutor fidelium secundus est psalmus. In primo enim beatum virum quinaria divisione complexus est dicendo: Qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiae non sedit.

Sed in lege domini voluntas et cetera. Hic autem talem virum decem dicit sanctis premuniri virtutibus;

Sic et ibi pentatheuci, et hic decalogi virtus ostenditur.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Desiderans propheta nosse quos dignos dominus iudicaret gratia sua, tamquam pius sacerdos ante faciem eius assistens responsa petit, et de sciscitatione sua cupit se fieri certiorem. Interrogat enim quis in eius tabernaculo possit habitare.

Tabernaculum est expeditionale habitaculum, scilicet quod in itinere defertur. Quod nomen bene congruit ecclesiae, quae adhuc in pressuris est et itinere tendens ad patriam.

Mons significat Hierusalem futuram. Et intuere quam pulcherrime variis sensibus apta verba distinguantur. In tabernaculo dicitur qui habitat de illo qui adhuc in huius saeculi agone contendit. In monte quis requiescit, quando unusquisque fidelium post labores huius saeculi aeternae pacis securitate reficitur.

Qui ingreditur sine macula. Ecce desideranti propheta iam responsa redduntur, et aperte domini nostri salvatoris incarnatio demonstratur.

Prima siquidem ipsius gratia fuit ingredi tabernaculum sine macula, quando templum virginis a peccatis liber intravit. Et operatur iustitiam.

Haec secunda est quam fecit cum de templo vendentes et ementes eiecit, in divino templo humanum prohibens esse commercium.

Qui loquitur veritatem. Tercia est quam singulariter salvator implevit. Loquebatur enim tacitus in corde suo veritatem, quando dolose perquirentibus sermonis sui mysteria non prodebat.

Nec egit dolum. Venit ad quartam. Nam sine dolo omnia se fuisse locutum in evangelio testatur ipse cum dicit: Omnia quae audivi a patre meo nota feci vobis.

Nec fecit proximo suo malum. Quinta ingressus est, quae iterum probatur in domino, qui non solum nullum laesit, sed etiam patienter cuncta sustinuit.

Ad nihilum deductus est. Haec est septima, ubi diabolum malignum in conspectu suo deduxit ad nihilum, quando ei dixit: Vade satanas, non temptabis dominum deum tuum. Hoc enim potest alteri congruere, nisi quem constat virtute propria cunctis spiritibus imperare?

Psalmus David

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo.

Qui ingreditur sine macula, et operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum, et obprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo et non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera super innocentem non accepit.

Qui facit haec, non movebitur in aeternum.

Titulus inscriptionis ipsi David. OR.

CONSERVA me domine quoniam speravi in te. Dixi domino deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis qui sunt in terra eius, mirificavit omnes voluntates meas in eis.

Proximum non dixit populum iudaeorum, a quo traxit carnis originem, pro quibus etiam in cruce positus oravit dicens: Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Haec sexta est quae Iudam designat Scarioth. Nam dum se nosset ab ipso esse tradendum, nulla eum voluit publica increpatione confundere, sed tantum generaliter dixit: Qui mecum manum mittit in parapside, ipse me traditurus est.

Non accepit, id est gratum non habuit. Accepta enim illa dicimus quae nobis grata esse monstramus.

Qui iurat proximo suo. Octava virtus dicitur quam dominus fecit, quando apostolis suis certissima veritate promisit:

Vos amici mei estis si feceritis quae ego praecipio vobis. Iam non dico vos servos. Iurare est hominum sub attestatione divina aliquid polliceri. Sed cum deus ipse promittit, aptius dicitur ipso pollicente iurare.

Iurare enim dictum est quasi iure orare, iuste loqui. Iurare ergo omnino est promittere atque complere. Qui pecuniam suam non dedit.

Nona iam tangitur, quam subtilius indagare [illegible].

Duobus modis in scripturis sanctis pecunia probatur intellegi. Una est ista metallica, quae ad usuram dari omnino prohibetur, ne vitium cupiditatis est exigere vel quod te nescias commodasse. Hanc quoque habuit dominus Christus, quam Iudae tradidit pauperibus erogandam. Altera quam ad usuram dare evangelio docente debemus, id est praedicationes sanctissimas et instituta divina. Et munera. Virtus decima quae restabat impleta est.

Hoc super innocentes contra innocentiam datur intellegi. Quod non solum omnino non fecisse, sed etiam ipse se probatur pro salute generalitatis offerre.

Qui facit haec. Expositis decem virtutibus quae de domino Christo non incongrue sunt intellectae, interrogationis propheticae brevis data est absoluta responsio, quoniam qui facit haec ipse habitat in tabernaculo domini et in sancto eius monte requiescit. Sed considera quod facit dixit, non qui cantat aut praedicat, sed qui facit, id est qui opere complet.

Non movebitur, id est ab ipso non iudicabitur, quod solis sanctis beatisque praestatur. Nam impius ab eodem movetur in poenam et regni communione privabitur.

ORATIO.

Concede nobis omnipotens deus sine macula ingredi ecclesiam tuam, et avertere a dolis proximi vel usuris, ut dum secundum tuum observamus praeceptum, non commoveamur ab aeternis suppliciis in aeternum. Per dominum.

Ab eo nomine quod est titan dicitur titulus. Et congrue, quoniam sicut titan et sole cuncta illuminantur, ita et psalmorum manifestant sensus eorum. [illegible] per clavem vel ostium ingredimur domum, per sensum titulorum intramus in intelligentiam psalmorum. David enim propheta cognoscens multa in psalmis contineri mysteria, apposuit titulos frontibus psalmorum, per quos intellegentia eorum eluciditur. Quando enim per spiritum hos psalmos ediderit titulosque [illegible]

...adfixerit. dominus manifestat dicens. Dauid in spiritu uocat eum dominum quomodo filius eius est. Sed non sine causa cum omnis inscriptiones que psalmis opponuntur tituli appellentur. specialiter huius psalmi hoc continere declaratur ut in eo primo dicatur tituli inscriptio. Sed per hoc utique manifestatur. mysteria regis eterni in hoc psalmo contineri. in quo saluator et rex noster de sua passione et resurrectione locutus est. Nam et in euangelio legimus quod eo pendente in cruce superscriptus est titulus. Ihesus nazarenus rex iudeorum: ipse est enim rex iudeorum. hoc est fidelium et nomini suo confitentium. quia iudeus interpretatur confitens. Unde et cum dixissent scribe et pharisei. noli scribere rex iudeorum. respondit illis pilatus. Quod scripsi scripsi. Quod scriptum manebit et non mutabitur. Tante ad illum per spiritum dictum fuerat sicut in titulo alterius psalmi inuenimus. ne corrumpas tituli inscriptionem. Huius ergo inscriptionis facta est commemoratio in hoc psalmo. que post multa tempora erat domino secutura. Merito ergo tituli fulget huius psalmi inscriptione. qui passionem christi atque resurrectionem eius aperte commemorat. Unde et hanc inscriptionem tituli. ut ad ipsum christum cognosceres debuisse referri. additum est ipsi dauid. qui propter ad saluatorem pertinent ea que in hoc psalmo leguntur. Est uero iste psalmus secundus eorum qui passionem et resurrectionem domini breuiter tangunt. Per totum autem psalmum christi introducitur persona loquentis ad dominum patrem ex persona susceptionis humanae.

Conserua me domine. Inter pericula humana uenturus et iudaice obstinationis impios sensus. natura humanitatis assumpta. conseruari se paterna protectione deprecatur. et ut facilius eius sequeretur effectus. sperasse se dicit in domino. Dixi domino. Dixi non lingua sed cordis affectu. unde secura conscientia loquebatur. Deus meus es tu. Forma serui filius dicit ad patrem. ut duas naturas in una persona domini saluatoris euidenter agnosceres. Una est. in sua infirmitate humilis. altera in sua potestate mirabilis. Addidit bonorum meorum non eges. Audiant hoc pelagiani. qui aliqua bona putant usuris applicanda. Clamat

domini saluatoris. quando illis obedientibus et iussa ipsius facientibus de mortalibus eternos reddidit. et de terrenis celestes beneficio sue pietatis effecit.

Vox christi qua dicit fidelibus. interpellat patrem

Domine quis peregrinabitur in tabernaculo tuo. et quis habitabit in monte sancto tuo.

Qui ingreditur sine macula. et operatur iustitiam.

Loquitur ueritatem in corde suo. qui non egit dolum in lingua sua.

Nec fecit amico suo malum. et obprobrium non suscepit aduersus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus. timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo et non decipit. qui pecuniam suam non dedit ad usuram. et munera super innocentem non accepit.

Qui facit haec. non mouebitur in aeternum.

Vox christi ad patrem.

Custodi me domine quoniam speraui in te. dixi domino deus meus es tu. quoniam bonorum meorum non eges.

Sanctis qui in terra sunt eius mirificauit omnes uoluntates meas in eis.

humanitas uerbi bonis suis dominum penitus non egere. ad ipsum referens omnia que donauit. non ad se que collata suscepit.

Sanctis qui sunt in terra eius. Mirificauit subauditur deus pater uoluntates meas. ut cognosceres christum dominum ab electis esse diligendum. addidit inter illos hoc est sanctos qui sunt in terra uiuentium. non inter quoslibet seculi se ambitione iactantes. sed inter illos tantum qui predestinati sunt ad regna celorum. Significans innocentes et iustos. inter quos mirae factae sunt uoluntates

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Verba populi in captiuitate babylonica optantis reditum ad patriam. enumerantisque quibus meritis quis ad hanc peruenire queat. Aliter. qui lex tota decalogo concluditur decem exempli christi formas expressit. quibus ea docuisse fecisseque monstratur.

Domine quis habitabit. Diuisio psalmi huius tanta interrogatione et responsione continetur. Sed interrogatio uno uersiculo. responsio uero sex uersibus est completa.

Conserua me domine. Ezechias in egritudine dominum deprecatur. et in uite sue reparatione gratulatur. et quod humanarum rerum non sit egens exponitur. Item uox christi ad patrem.

Conserua me domine. Per totum psalmum introducitur persona domini saluatoris. Prima positione .I. ex humanitate suscepta loquitur ad patrem conseruari se petens quia spem suam posuerit semper in eo. Conserua me domine. Secunda positi .II. one idem patri gratias refert. quod illis a dextris apparendo iniquitatem huius seculi omnipotentie sue uirtute superauit. Unde animam suam de inferno asserit esse liberatam. et post resurrectionis gloriam in delectationibus dextere ipsius se memorat collocatum. Benedicam dominum qui mihi tribuit.

M **M**ultiplicate sunt infirmitates eorum. De his dicit qui per legis observationem non potuerunt venire ad perfectionem vite. Multiplicate sunt infirmitates eorum, hoc est peccata, a quibus carnalem legis severitatem atque infirmitatem non poterant liberari. At postquam acceperunt per Christum liberatricem gratiam novi testamenti, acceleraverunt, hoc est festinaverunt post eum ire.

N **N**on congregabo. Legimus quod in vetere testamento multe immolabantur hostie, et copiosus fundebatur sanguis hominibus. Quo Christus ostendens se reprobare victimas iudeorum et conventicula quibus in templo ad sacrificandum congregabantur, non inquit congregabo conventicula, hoc est societatem fidelium de sanguinibus pecudum, sed de immolatione corporis et sanguinis mei. Nec memor ero.

Nomina illa dicit antiqua que infideles habuerunt, sequenti gratia commutata. Prius enim dicti sunt filii ire, filii diaboli, filii carnis. Post adventum domini sacro fonte renati appellati sunt christiani, filii dei, amici sponsi. Labia vero regis Christi duo hic debemus accipere testamenta.

O **D**ominus pars. Beatum re vera magisterium illud eligere quod numquam potest aliqua permutatione transire. Tale est enim ac si diceret: Eligant sibi alii mundanas concupiscentias; mee pars hereditatis et calicis dominus est. Tu es qui restitues. Restitues dixit, quia faciente diabolo perierat genus humanum. Et re vera ipsi restituta est hereditas, cui ante editionem rerum fuerat in predestinatione collata. Hereditas enim ab hero id est domino dicta est.

P **F**unes ceciderunt. Prisco more funibus terrarum dividebatur hereditas, ut unusquisque pro quantitate tributi terre mensuram acciperet. At ergo funes ceciderunt mihi in preclaris, hoc est hereditas mea evenit mihi in sanctis verbo et opere lucidis, id est in patriarchis, prophetis et apostolis. Quod statim aperte cum subditur: Etenim hereditas mea preclara est mihi. Que preclara id est valde clara et lucida constat in electis.

Q **B**enedicam dominum qui tribuit mihi intellectum, hoc est rationabilitatem anime, ut mala vitare et bona facere. Insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei. Per renes propagatio generis designatur, per noctem autem tribulatio dominice passionis et mortis. Ac si diceret: Omnis populus iudeorum consurrexit adversum me, et insuper exceptis his omnibus renes mei, hoc est parentela mea que erat de tribu iuda mihi carnis propagatione coniuncta, increpuerunt me usque ad mortem clamantes crucifige crucifige eum.

S **P**ropter hoc letatum est cor meum. Aperte quod ille scilicet ad dextris adstitit, et in cogitationibus suis iocunditatem et exultationem lingue oborta sibi esse testatur. Ipsa est enim vera leticia que et hilari corde concipitur et alacri sermone profertur.
Super exultationes quippe suas sibi adhuc dicit crevisse leticiam. T

M **M**ultiplicate sunt infirmitates eorum. postea acceleraverunt.

N **N**on congregabo conventicula eorum de sanguinibus. nec memor ero nominum eorum per labia mea.

O **D**ominus pars hereditatis meae et calicis mei. tu es qui restitues hereditatem meam mihi.

P **F**unes ceciderunt mihi in preclaris. etenim hereditas mea praeclara est mihi.

Q **B**enedicam dominum qui tribuit mihi intellectum. insuper et usque ad noctem increpuerunt me renes mei.

R **P**rovidebam dominum in conspectu meo semper. quoniam ad dextris est mihi ne commovear.

S **P**ropter hoc laetatum est cor meum et exultavit lingua mea. insuper et caro mea requiescet in spe.

T **Q**uoniam non derelinques animam meam in inferno. nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

V **N**otas mihi fecisti vias vite. adimplebis me laetitia cum vultu tuo. delectationes in dextera tua usque in finem. O R.

R **P**rovidebam dominum. Dicendo quod dominus fecerit, ostendit nobis quomodo peccata vitemus. Qui enim semper in conspectu suo dominum habet, et oculum mentis iugiter in eius caritate figit, peccare non potest. Congrue autem sibi dominum ad dextris esse dicebat, quia si ille hanc partem non tenuerit, statim eam insidians diabolus occupabit.

quod caro illa passibilis quam pro nostra [illegible] salute suscepit, veritatem gloriose resurrectionis incorrupta [illegible] meruit.

T **Q**uoniam non derelinques animam meam.
Ecce hic aperte destruitur error apollinaristarum qui dixerunt dominum non habuisse animam rationalem. Ecce ipse clamat, ipse patri gratias agit quia ei anima non sit more communi [illegible] inferno derelicta, sed celeri resurrectione clarificata ad celorum [illegible] pervenerit. Nec dabis sanctum tuum [illegible] me filium tuum qui peccatum non fecit [illegible] dere corruptionem, quia corpus meum [illegible] quod alii sacrificant corrumpi non pati[illegible]
Quo in loco questio oritur quare di[illegible] non dabis sanctum tuum videre corruptionem, cum in vicesimo nono psalmo scriptum sit: que utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptio[nem].
Sed eo loco non de corruptione que fit [in] sepulchro, sed de eo quod corpus Christi [quod] erat incorruptum a sua integritate corruptum est in cruce clavis [illegible] licet confossum et lancea apertum. Ipsa enim corporis transverberatio [illegible] dicitur corruptio. Hic autem corruptio pro putrefactione ponitur. Non dabis inquit sanctum tuum videre corruptionem, hoc est sentire putrefactionem more ceterorum hominum. Tercia die caro ad vitam suscitata probatur non potuisse corrumpi.

V **N**otas mihi fecisti. Vox capitis pro cor[pore].
Hic enim versus ad iustos pertinet qui [di]ligunt obedire mandatis. Videamus autem que sit via mortis et deinde que sit via vite. Via quippe mortis superbia est, qua diabolus elatus de celo cecidit. Via autem vite humilitas est, qua Christus humiliando semetipsum venit ad gloriam, et nos de morte vocavit ad vitam. Mihi inquit hoc est corpori meo notas fecisti vias vite, hoc est vias humilitatis per quas ad [vitam] redirent homines qui per superbiam [incur]rant mortem. Adimplebis me. Ap[positio] hic pro valde ponitur, id est valde implebis me leticia cum vultu tuo, cum in presentia tua cum omni corpore meo fuero constitutus. Tunc enim erit plena leticia cum in regno dei adunatum erit corpus ecclesie, hoc est cum tradiderit regnum deo et patri, et erit deus omnia in omnibus. Delectationes in dextera tua, id est omnis dulcedo et suavitas mihi [est] cum ad dexteram tuam consedero. Usque

fine significat pfectione atq; etiu
tate. q gloria eius in sua pfectione
manens. nullis erit finienda tem
poribus. ORATIO.
Conserua nos famulos tuos qs dne.
& effice uoluntate tuam nobiscu.
vt clarificati leticia resurrectio
nis tue. mereamur ad dextris
tuis cum scis omib; delectari.
ihu xpe fili di uiui. qui cum do
patre. & spu sco uiuis & regn ds.

Multiplicabuntur idola eorum.
postergum sequentium.

Non libabo libamina eorum de sanguine.
nec adsumã nomina eorũ in labiis meis.

Dns pars hereditatis meae & calicis mei.
tu possessor sortis meae.

Lineae ceciderunt mihi in pulcherrimis.
& hereditas speciosissima mea est.

Benedicam dno qui dedit consilium mihi.
insup & noctib; erudierunt me
renes mei.

Ponebam in conspectu meo semp. quia
a dextris meis est nec commouear.

Propterea laetatũ est cor meum & exul
tauit gla mea. & caro mea habitabit
confidenter.

Non derelinques animã meã in inferno.
nec dabis scm tuum uidere corruptionẽ.

Ostende mihi semitã uitę. plenitudinẽ
diuitiarũ ante uultum tuũ decores
in dextera tua aeternos.

G F unes ceciderunt m in pclaris. etenim
hereditas mea pclara e mihi. Scriptura
sacra aliquando demensionũ sortes
aliquando peccata. aliquando aut
fide designari consueuit. Ipsa ppt
hereditarias demensionũ sortes
dicuntur funes ceciderunt mihi
in pclaris. etenim hereditas mea pre
clara e mihi. Funes quippe in pcla
ris cadunt. dũ p humilitatẽ uitę
sortes nos patrię meliores excipiunt.
Rursu quia funes peccata signant.
p pphetã dr. Ve qui trahitis iniqui
tates in funiculis uanitatẽs. Iniqui
tas naq; in funiculis uanitatis trahit.
dũ p augmentu culpa pelat. Vnde
p psalmista dr. funes peccatorũ
circumplexe sunt me. Quia enim
funis addendo torquet. ut crescat.
non inmerito peccatu fune figurat.
qd puerso corde sepe dũ defen
ditur multiplicat. Rursu fune
fides exprimit. salemone attes
tante q ait. funiculus triplex
difficile rupit. Quia uidelicet
fides que de cognitiõe trinitatis
ab ore pdicantiu texit. fortis in elec
tis pmanens. in solo reproborũ cor
de dissipatur.

A Cum multi psalmorum in textu suo habeant orationes, mouere uidetur cur hic talem posuerit inscriptionem. Sed quamuis alii cum rebus diuersis breuiter mixtas contineant deprecationes, iste tamen pene tota sui contextione supplicatio est. Merito ergo sic prenotatus est, quando intentio eius ad precum studium tota porrigitur. Quae tamen sic oratio dicenda est, ut psalmi nomen debeat continere, quia nihil in hoc libro positum repperimus, quod tali non debeat nomine nuncupari, maxime cum legatur liber psalmorum. Oratio autem duobus dicitur modis. Haec cum agitur apud homines, oratio nuncupatur. Cum maiestati funditur, supplicatio est salubris et uitalis humilitas. Dauid uero sicut dictum est significat dominum Christum, ex cuius persona ad institutionem humani generis totus iste psalmus prolatus est.

B Exaudi domine iusticiam meam. Apud dominum certum est habere iusticiam uocem suam, qui res tacitas intellegentiae suae uirtute cognoscit. Ipsius est enim oratio perfecta, cuius et causa clamat et lingua, actus et sermo, uita et cogitatio. Intende deprecationem meam. Non incassum dissonantibus rebus uerba ista copulata sunt. Nam intendere oculorum est, preces admittere aurium. Sed ideo ista sociata sunt, ut ambarum rerum unus intellegeretur effectus. Quicquid enim uel auris audit, uel oculus uidet, uel manus palpat, uel quae palatus gustat, uel nasus odoratur, deo sola contemplationis uirtute notissima sunt.

C Auribus percipe orationem. Excoluit quod superius dixit. Percipere est enim non transitorie aliquid sumere, sed preces hominum copiosa dignatione recipere. Sed sinceram et puram atque simplicem orationem ad te dirigo. Iudei habuerunt labia dolosa, quando Christo pretendebant uerba dulcia, cum corde gestarent uenenata consilia dicentes: Magister scimus quia uerax es et cetera.

D De uultu tuo iudicium meum. Iudicium de mente solet prodire. Sed quia deus omnia ut diximus incorporalia intuetur, idcirco filius dei dicit: de uultu tuo iudicium meum prodeat, id est de tua presentia, secundum quod tu testis es, et quia iuste uiuo secundum hoc quod iustus sum me iudica, iuxta quod in me respicis. Oculi tui uideant equitates. Repetitio est superioris sermonis, id est respectus presentiae tuae uideant, id est remunerent meam equitatem, quod iuste in omnibus uiuo. Hoc autem recte petebat, qui se nouerat peccatum non habere.

E Probasti cor meum. Ordinem seruat egregium, prius se dicens probatum, deinde uisitatum. Sed probatio significat passionem, uisitatio resurrectionem. Igne me examinasti omnia etiam cum tacentur cuncta cognoscit. Opera hominum propter uerba labiorum tuorum. Ordinem uerborum poscit iste uersiculus. Opera hominum, id est uias duras ego custodiui, propter uerba labiorum tuorum, hoc est quia tu hoc precepisti et per prophetas tuos mandasti, ego custodiui uias duras. Quae

A Tituli inscriptionis ipsi david.

B EXAUDI domine iustitiam meam, intende deprecationem meam.

C Auribus percipe orationem meam non in labiis dolosis.

D De uultu tuo iudicium meum prodeat, oculi tui uideant aequitates.

E Probasti cor meum et uisitasti nocte; igne me examinasti et non est inuenta in me iniquitas.

F Ut non loquatur os meum opera hominum, propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras.

G Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur uestigia mea.

H Ego clamaui quoniam exaudisti me deus, inclina aurem tuam mihi et exaudi uerba mea.

I Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te.

K A resistentibus dexterae tuae custodi me K ut pupillam oculi.

hoc est tribulatione grauissima crucis suppliciorum et non est inuenta in me iniquitas, hoc est quod ipse ait in passione. Uenit ad me princeps mundi huius et in me non habet quicquam.

F Ut non loquatur os meum opera hominum. Haec uerba ita iunguntur: Non est inuenta in me iniquitas ut non loquatur os meum. Ac si diceret: Ita me purum et absque peccato esse perpendis, ut non sit necesse hoc me dicere, sed me tacente tu hoc cognoscis. Nos opus habemus uerbis instrui. Deus autem qui certissime nouit sunt opera hominum breuiter hic diffinitum est, id est uiae durae, sicut beatus Iob dicit: Auis ad uolatum nascitur, homo autem ad laborem. Nam cum peccata uitantur, arduus callis difficilisque semper ascensus. Cum uero uicia perlabimur, lene est ac decliu[illegible]. Dominus autem qui in mundo appare[illegible] patientiae et humilitatis nobi[illegible] exempla proposuit, dicens se uias du[illegible] custodisse, non quod illi durae fuiss[illegible], sed quod hominibus durae uidentur imitandum.

G Perfice gressus meos. Perfice dixi[illegible], id est usque in finem conserua, ubi [illegible] meritorum ac premii tota perfectio. Gressus autem humanas significa[illegible] actiones, quibus in hoc mundo g[illegible] dimur et quasi quibusdam passibus a[illegible]bulamus. In semitis tuis scilicet [illegible] mandatis, ubi re uera rectae sun[illegible] uiae, quas si deuote sequimur, ad cae[illegible]lestis patriae munera peruenim[illegible]. Uestigia dicuntur signa plantarum q[illegible] relinquimus transeuntes. Talis est erg[illegible] sensus: Custodi me in mandatis tui[illegible] ut imitante sine minime mouea[illegible] abs te. Bene siquidem sequax pergit, ille qui exemplum prebet rectus incess[illegible].

H Ego clamaui quoniam exaudisti me. C[illegible] soleat dici exaudisti me quia clama[illegible], quare dominus dicit ego clamaui quoniam ex[illegible]audisti me? Utique per hoc puram in[illegible]nocentiam illius ostenditur. Qui ideo dicitur clamauit, quia exaudiri se p[illegible] puram conscientiam sciuit. Inclina aurem tuam. Tunc deus aurem inclinare dicitur, quando preces supplicantiu[illegible] clementer suscipere dignatur.

I Mirifica misericordias tuas. Ac si dicere[illegible] quia homo sum futurus, ne uilescat m[illegible] humanitas, mirifica, hoc est mir[illegible]biles fac in me tuas misericordi[illegible], ut miracula multa faciam per quae [illegible]riosius appareat. Qui saluos facis [illegible] in te credentes liberas.

K A resistentibus dexterae tuae, id est a [illegible]tione infidelium eos defendis et [illegible] eterna uita constituis. Dextera [illegible] est filius per quem cuncta creauit. [illegible] dexterae resistere conati sunt [illegible]mones et iudei et principes hui[illegible], sicut Nero et multi alii, a quibus deus [illegible] saluos facit, dum in eterna uita c[illegible]locat. Custodi me ut pupillam [illegible].

P upilla dicitur quasi pusilla. Quae cu[illegible] sit totum corpus illuminat, per q[illegible] uarios colores discernimus. Hu[illegible]

ulla comparatur xpe propter
humilitate. p cuius exemplum
uiuimus & uidemus. quia sicut
nihil melius est in corpore pu
pilla. ita nihil prestantius xpo
in aeclesia.

Oratio david. xpe de iudeis dicit ad patrem.

AUDI ds iustum. intende deprecati
onem meam.

Auribus percipe orationem meam. absq.
labiis mendatiy.

De uultu tuo iudicium meu pdeat.
oculi tui uideant aequitates.

Probasti cor meu uisitasti nocte. confla
sti me & non inuenisti cogitationes
meas transire os meum.

In opere hominu ppt uerbum labioru
tuorum ego obseruaui uias latronis.

Sustenta gressus meos in callib; tuis.
& non labentur uestigia mea.

Ego inuocaui te qui exaudires me ds.
inclina aure tua mihi audi eloquiu meu.

Mirabilem fac misediam tuam.
saluator sperantium.

A resistentib; dexterae tuae. custodi me
quasi pupillo intus in oculo.

Exaudi dne iusticia mea. Deprecatur
dnm dauid. ut se deuotu cor habente
auditu dignu faciat. que inimici gratis
inpugnabant. Aliter. xpe de iudeis
dicit ad patrem.

C Exaudi dne iusticia mea. Trifaria oratio
ab humanitate xpi in hoc psalmo dep
mitur. Prima est ubi secdm iusticia sua ·i·
sibi petit debere restitui. Exaudi dne.
Secunda. ut a iudeoru insidiis eius puri ·ii·
tas liberetur. Ego clamaui qm exaudi
In tercia. resurrectione uelocissima ·iii·
deprecatur. ne diutius insultare li
ceat puerso populo iudeoru. & ne ali
quid de eius maiestate turba fideliu
haberet ambiguu. pfitet se in eterna
beatitudine esse mansuru. Exurge
dne preueni eu.

L Sub umbra alarū tuarū. Latius ꝓtectio nib; alę sunt cōparatę. Misericordia quippe et caritas. quasi alę sunt patris. quib; se ꝓtegi congruent̄ expostulat. Hęc autē com paratio uenit ab auib; quę excressilli os alarū suarū extensione custodiunt.
A facie impiorum. Facies impiorum. p̄sentia fuit demonū. quorum instigatione iudei xp̄m afflixer̄ usq; ad mortē. de quib; subdit̄.

M Inimici mei animā meā circūdeder̄. Sic ergo factū est ut p̄suasione diabo lica. inimici eius iudei animā ip sius id ē uitā tēporalē eripere uolu issent. Adipē suū concluser̄. Celu dunt adipē. qui multa uoracitate pinguescunt. Sic iudei scelerū ni mietate saginati. uerę intellegen tię acumina ꝑdider̄. Os eorum. locutū est sup̄biā. quando dicebant reus est mortis. et aue rex iudeorum.

N Proicientes me. Eicientes extra ciuitatē eicientes. nunc circūdeder̄ me. nō obsequio sed furore. quando eū cruci constat affixū. Nunc autē dic p̄sens temp̄ ponens ꝓ futuro. quod apud ꝓphetas noscitur usitatū. Sequit̄.
Oculos suos statuer̄ declinare in terrā. Dicit consuetudinē ꝑditorum. qui terrā respiciunt. quando in mala cogita tione uoluunt̄.

O Susceperunt me. id ē iudei a pilato. quando eis dixit. Tollite eū et secdm̄ le gē urām crucifigite. Qui dum milites a iudeis suscipientes. et uotū suę cru delitatis implentes. merito ferarū cōparant̄. Leo in hoc loco diabolum significat. ipsi enī cōparati sunt princi pes iudeorum. ꝓpter sęuicia. Catulus leonis reliquū populū iudeorum. qui se diaboli filios effecer̄. sic enī de ipsis dn̄s dicit in eugł̄io. Vos ex patre diabolo estis.
Habitans in abditis. id ē ꝑmanens in in sidiis. Prauorum enī hominū consue tudo. ē. sua mala uita tegere. ut lateant̄ ad effectū possint eorū consilia ꝑuenire.

P Exurge dn̄e preueni eū. Ac si dice ret filius dī. Impii homines te dor mire arbitrant̄. et iniquitates homi nū non curare. id ē exurge ad uin dictā illorum qui te dormire putant.
Preueni eū hoc est diabolū uel po pulū iudaicū. et supplanta eū ne ad effectū possit ꝑuenire. Possumus et hanc supplantationē. in melio rem partē accipere. Eripe animā meā ab impio id ē diabolo. resusci

id ē dū adhuc uiuunt. et pęnitentię locus est in hoc mundo.
De absconditis tuis adimplet̄ est uent̄ eorum. De absconditis itaq; dī hoc. ē. de mysteriis diuinarū scripturarū et de miraculis xp̄i adimplet̄ est uent̄ hoc. ē. mensiu deorū. sed nō ꝓfuit. quod sequitur.

L Sub umbra alarum tuarum ꝓtege me.
A facie impiorum qui me afflixerunt.
M Inimici mei animā meam circumdederunt. adipē suum concluserunt. os eorum locutum est superbiam.
N Proicientes me nunc circumdederunt me. oculos suos statuerunt declinare in terram.
O Susceperunt me sicut leo paratus ad praedam. et sicut catulus leonis habitans in abditis.
P Exurge dn̄e praeuenī eum et supplanta eum. eripe animā meā ab impio. frameā tuam ab inimicis manus tuę.
Q Dn̄e a paucis de terra diuide eos in uita eorum. de absconditis tuis ab impletus ē uenter eorum.
R Saturati sunt filiis. et dimiserunt reli quias suas paruulis suis.
S Ego autē in iustitia apparebo conspectui tuo. satiabor cum apparuerit gl̄a tua.

tando me die tercia. Quā etiā animā frameā ap pellat hoc. ē. gladiū. quia ꝑ ipsū principē huius sc̄li debellauit. mortē destruxit. homines a potestate diaboli liberauit. Framea diuersas habet signi ficationes. ab inimicis man̄ tuę. id ē ab inimicis filii tui. Ipse. ē. enī manus dī patris.
Q Dn̄e a paucis. Orat xp̄c ꝓ iudeis ut separarentur a terra id ē a terreno sensu. et terrenis delectationib;
Dn̄e inquit a paucis id ē apostolis diuide eos hoc. ē. iudeos de terra id ē terrenis amorib;. et hoc in uita eorū

R Saturati sunt filiis. Aliquo alia tra latio habet. saturati sunt porcin hoc. ē. repleti sunt inmundicia.
Legebant enī dī mandata. sed turabant̄ sordib; peccatorum suorum.
Et dimiser̄ reliquias suas paruuli suis. Suas reliquias hoc. ē. parte infidelitatis et iniquitatis suae transmiser̄ ad posteros. quando dixer̄. Sanguis eius sup̄ nos et super filios nr̄os.

S Ego autē cū iusticia appare. Loquit̄ hic xp̄c ex ꝑsona mem brorum suorum. Cū iusticia inquit b operū apparebo tuo cōspectu in menbris meis. cū fuerint omīa subleuata ad tuā con plationē. in quib; et saciabo dū gl̄a tua id ē uisio diuinitatis manifestabit̄. In uisione enī dī patris. xp̄c in suis saciabit quā scis ista erit ęterna sacieta et gl̄a iustorum. p̄sentia scilicet dī uultus. Vnde dn̄s alibi dicit. Hęc est autē uita ęter ut cognoscant te uerū dm̄ et quē misisti ihm̄ xp̄m.

O R A T I O
Conuerte dn̄e quęsumus oculos cor dis nr̄i ad cernendā tui u dicii ueritatē. ut dū hic ig spiritali ꝓbamur. de tuis in ęternū conspectib; cū fru iusticię saciemur. P dn̄m.

In umbra alarum tuarum protege me.
a facie impiorum uastantium me.
Inimici mei animam meam circumdederunt.
adipe suo concluserunt. & ore
locuti sunt superbe.
Incedentes aduersum me nunc circumdede
runt me. oculos suos posuerunt
declinare in terram.
Similitudo eius quasi leonis desiderantis
praedam. & quasi catuli leonis sedentis
in absconditis.
Surge domine praeueni faciem eius incurua
eum. salua animam meam ab impio qui est
gladius tuus.
A uiris manus tuae domine qui mortui sunt
in profundo. quorum pars in uita & quorum
de absconditis tuis replesti uentrem.
Qui satiabuntur filiis. & dimiserunt
reliquias suas paruulis eorum.
Ego in iustitia uidebo faciem tuam. im
plebor cum euigilauero similitudine tua.

7 G Sub umbra alarum tuarum protege me.
Quia nos paruulos dominus deus protegit nutrit
& non graui atque onerosa sed leui
& blanda protectione refouet. dum
suas in nos misericordias exerit.
quasi more super nos auium alas tendit.

A In finem. puero et david. Hec tria uerba ad regem nostrum saluatorem referri posse non dubium est. Nam et puer legitur in propheta. puer natus est nobis. Qui locutus est ad dominum uerba cantici huius. Post hec ad deputanda sunt ut uerborum plenior et absoluta contextio. Quod autem dictum est cantici. ad contemplationem constat rerum celestium pertinere. ne in regis david tantummodo historiam. mentis nostre hereret intuitus. In die qua eripuit dominus de manu omnium inimicorum eius. et de manu saul et dixit. Hic actus regum. lectione notissimus est. Ibi enim latius describitur. quemadmodum david fuerit de inimicorum suorum ditione liberatus. Ad cuius similitudinem resurrectio domini et membrorum eius absolutio de potestate diabolica declaratur.

B Diligam te domine. Diligit dominum qui mandatis eius deuotus obtemperat. sicut ipse ait in euangelio. Qui audit uerba mea et facit ea. ille est qui diligit me. Diligo enim dicitur. quasi de omnibus eligo. Virtus mea. Propheta liberatus ab hostibus suis recte dominum confitetur suam esse uirtutem quo donante factum est ut inimicis suis fortior appareret. Dominus firmamentum meum. Quoniam ab ipso concessum est mihi ut inimicis meis in acie firmus adstarem. et uiuaci animositate pugnarem. Et refugium meum. Quando cumque opus fuit consilio refugit ad eum. et inuenit diuinitate monstrante quod eum posuit adiuuare. Merito autem liberatorem suum dominum profitetur. qui eum de seuissimi regis saulis ira. tamquam de inferni ore liberauit.

C Deus meus adiutor meus. Delectatus beneficiorum suauitate. repetit in summa superiora que dixit. Multa sunt enim uerba. sed unus sensus. Sperabo in eum. Nam de futuro fiducialiter sperare se dixit. qui eum in preteritis senserat adiutorem.

D Protector meus. Hoc ad eum pertinet custodiendum. qui aduersariorum appetebatur insidiis. Cornu salutis. ad inimicos pertinet dissipandos. Cornua enim arma sunt beluarum. quibus salutem suam sollerti concertatione defendunt. Protector meus. hoc est pugna. et omnis tutela mea ipse est. quem firmam celsitudinem inueni. Et susceptor meus. qui me in suam partem suscepit. et de omni angustia liberauit.

E Laudans inuocabo dominum. Post uirtutes peractas. uir sanctus nulla se elatione iactauit. Sed quoniam erat rerum ipsarum hilaritate gaudendum. laudando se dicit dominum inuocare. et ipsi uniuersa tribuere. qui dignatus est cuncta prestare. Et ideo se dicit ab inimicis saluandum. quia uictoriam suam non sibi uidebatur applicare sed domino.

quicquid inuenerint secum trahunt. Tales erant qui spiritus simul perturbantes populum domini.

G Dolores inferni. Hoc de paganis dicit. qui errando dolores inferni. hoc est debito dolore inferni torquendi sunt. quos et superius dolores mortis appellauit. Porro quod statim subdit. preuenerunt me laquei mortis. peccata originalia significat que ab exordio conceptionis procedunt. Vnde et in sequentibus dicit. Ecce in iniquitatibus conceptus sum. Sed quemadmodum ab his fuerit liberatus. subter exponit.

H In tribulatione mea. Inter mala ista que dixerat. unum et singulare profitetur esse remedium inuocare dominum. Et nota quod prius dixit inuocare. postea clamare. quia creuit sermo progrediente desiderio. et accensus animus ad orationem prosiluit audius in clamorem.

I Et exaudiuit de templo sancto suo. hoc est de celo uocem meam. Et clamor meus. hoc est desiderium animi mei. peruenit ad exauditionem illius. Quod autem dicit clamor meus introiuit in aures eius. more humano loquitur. Clamor autem iste. causa iustitie est. Ideo enim meruit exaudiri quia pro mundi cladibus supplicabat.

A **In finem puero david qui locutus est domino uerba cantici huius in die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum et de manu saul et dixit.**

B DILIGAM te domine fortitudo mea. dominus firmamentum meum et refugium meum. et liberator meus.

C Deus meus adiutor meus. et sperabo in eum.

Sed pp iram inimicorū distuli. ne forte supbirent hostes eorum.

Et dicerent manus nr̄a excelsa. & non dn̄s fecit haec omniā.

Gens absq; consilio est & sine prudentia. utinā saperent & intellegerent ac nouissima puiderent.

Quomodo psequebatur unus mille. & duo fugarent decē milia.

Nonne ideo quia ds̄ suus uendidit eos. & dn̄s conclusit illos.

Quomodo persequebatur: Id est n̄ potuisset fieri ut unus hostium mille eorum psequeretur nisi ds̄ uendidisset eos. hoc est asc(r)ipsisset. & exosos haberet. et concluderet in manus inimicorum.

Non enim est ds. Dns enim ds nr verax et iustus. Idola aut gentium falsa et inutilia. Et inimici nri sunt iudices. v approbatores. Oms enim gentes quamuis uaria colant idola. vnius tamen di potentia. Mundu Regi Confitentur.

De vinea Sodomor vor. Sepe in scripturis synogoga. ut ierusalem sodomę comparant quia illi abusi sunt donis di. Sic et isti beneficiis di semp ingrati extiter. Quae uinea. v domus isrt. conuersa e in amaritudine. v in morte xpi conspirauit. et pendenti in cruce acetum felle mixtu porrexit. Et botru sue maliciae ptulit.

Fel draconu. Sicut dracones fel occultant. et aspides uenena. ita conscientia eor plena est malitia.

Nonne haec. Hoc est reseruata sunt. nec obliuioni tradita. ut retribua illis quae merentur in tepre vindictae.

Iuxta est dies. Id e quia ceruus e. vl quamuis multa milia annorum hic habeat ad comparationem aeternitatis modicu est.

Iudicabit dns. Id est discernet scos suos ab impiis. Nam iudicium in discretione. vl damnatione accipitur. Et in seruis suis miserebitur. v misericordiam sua illis ostendet.

Videbit. Id est uideri faciet. quod manus. v opera. et malorum potestas. infirmata fuerit. Clausi quoq defecer. v quod ab inimicis capti. ppris viribus defecerint. Residuiq consupti sunt. v quia ab hac uita exeuntes n habebt aliquid faciendi facultatem.

Et dicent. Oms uanitates quas secuntur homines comphendit nomine idolatriae. uel peccatorum. Exprobrantur eni malis vana in quib; viuebant.

Non enim est ds nr ut ds eoru. & inimici nri sunt iudices.

De uinea sodomor uinea eoru. & de suburbanis gomorre.

Uua eorum uua fellis. & botri amarissimi.

Fel draconu uinu eor. & uenenu aspidu insanabile.

Nonne haec condita sunt apud me. & signata in thesauris meis.

Mea est ultio & ego retribua eis in tepore. ut labatur pes eorum.

Iuxta est dies pditionis. & adesse festinant tempora.

Iudicabit dns poplm suum. & in seruis suis miserebitur.

Videbit qd infirmata sit manus. & clausi quoq defecerunt residuiq consumpti sunt.

Et dicent ubi sunt dii eor in quib; habebant fiduciam.

De quor uictimis comedebant adipes. & bibebant uinu libaminu.

Surgant & opitulentur uob. & in necessitate uos ptegant.

Videte q̄d ego sim solus. & n̄ sit alius ds̄ praeter me.

Ego occidā & ego uiuere faciā. pcutiā & ego sanabo. & n̄ ē qui de manu mea possit eruere.

Leuabo ad cęlū manū meā. & dicā uiuo ego in aeternum.

Si acuero ut fulgur gladiū meū. & arripuerit iudiciū manus mea.

Reddam ultionē hostib; meis. & his qui oderunt me retribuam.

Inebriabo sagittas meas sanguine. & gladius meus deuorabit carnes.

De cruore occisoꝝ. & de captiuitate nudati inimicoꝝ capitis.

Laudate gentes poplm̄ eī. quia sanguinē seruoꝝ suorū ulciscetur.

Et uindictā retribuet in hostes eoꝝ. & ppitius erit terrae popli sui.

BENEdicite omnia opera dn̄i dn̄o. laudate & sup exaltate eū in s̄cła.

Benedicite angli dn̄i dn̄o. benedc̄ cęli dn̄o.

Benedc̄ aquę om̄s quę sup cęlos sunt dn̄o. benedc̄ om̄s uirtutes dn̄i dn̄o.

Videte. idest intellegite. quod ego sim solus ds̄.

Ego occidam. Duobus modis occidit. et duobus uiuificat. quia alios in infernum damnat. alios ad uitā aeternā sublevat. Aliter occidit ueterē hominē. ut uiuificet nouum. Et non ē qui de manu mea possit eruere. i. qui potentiae meae possit resistere.

Levabo. i. ostendam aeternitatem potentiae meae.

Si acuero. i. dum velociter uenerit iudicium meum. & arripuerit iudicium manus meae. i. cum ceperit iudicare potentia mea.

Inebriabo. i. peccatoribus ostendam vindictas meas.

Benedic̄ sol & luna dn̄o. benedic̄ stelle celi dn̄o.

Benedic̄ omnis ymb̄ & ros dn̄o. benedic̄ omnis sp̄s di dn̄o.

Benedic̄ ignis & estus dn̄o. benedic̄ frigus & estas dn̄o

Benedic̄ rores & pruina dn̄o. benedic̄ gelu & frigus dn̄o.

Benedic̄ glacies & niues dn̄o. benedic̄ noctes & dies dn̄o.

Benedic̄ lux & tenebre dn̄o. benedic̄ fulgura & nubes dn̄o.

Benedic̄ terra dn̄m. laud & sup exalt eū insec̄la.

Benedic̄ montes & colles dn̄o. benedic̄ uniuersa

germinantia interra dn̄o.

Benedic̄ fontes dn̄o. benedic̄ maria & flumina dn̄o.

Benedic̄ cete & omnia que mouentur inaquis dn̄o.

benedic̄ om̄s uolucres caeli dn̄o.

Benedic̄ om̄s bestie & pecora dn̄o. benedic̄ filii hominū dn̄o.

Benedicat isr̄l dn̄m. laud & sup exalt eū insec̄la.

Benedic̄ sacerdotes dn̄i dn̄o. benedic̄ serui dn̄i dn̄o.

Benedic̄ sp̄s & anime iustorū dn̄o. benedic̄ sc̄i

& humiles corde dn̄o.

Benedic̄ ananias azarias misahel dn̄o. laudate

& sup exaltate eū insec̄la.

Benedicamus patrē & filiū cū sc̄o sp̄u. laudemus

& sup exaltemus eū insec̄la.

Benedictus es dn̄e infirmamento caeli. & lauda

bilis & gloriosus & sup exaltatus insec̄la.

BENEDICTUS. Id est laudabilis est deus israel. Quare autem sit laudabilis exponit cum dicit. Quia visitavit et reliqua.

Certus zacharias de nativitate filii dei. ita loquitur de futuro tempore, tamquam de preterito. Visitavit itaque deus pater plebem suam. et fecit eius redemptionem. mittendo filium suum in mundum cuius passione redemptum est genus humanum.

ET EREXIT. Dicit zacharias propheta ex persona omnium fidelium. Et erexit deus pater cornu salutis. hoc est regnum christi constituit in toto mundo. in cordibus videlicet credentium. Et hoc fecit secundum carnem in domo david pueri sui. hoc est ex progenie david fecit eum nasci. Spiritualiter in domo david. hoc est in populo credentium. Et hoc fecit deus pater ita.

SICUT LOCUTUS EST. per os sanctorum prophetarum. qui ab initio seculi fuerunt usque ad adventum illius. Illi omnes sancti prophete. et ceteri iusti. eius incarnationis mysterium. aut nascendo. aut moriendo. aut docendo. annuntiaverunt. Moriendo. ut abel qui occisus est a fratre. in campo. Significat enim quod christus interficiendus erat a fratre suo. populo videlicet iudaico in calvarie loco. Nascendo. ut ieremias. et iohannes. qui nati sunt pleni spiritu sancto. Ostendebant enim sua nativitate plenum divinitate nasciturum in mundo christum esse.

SALUTEM. Ad quid autem nasciturus esset christus in mundum secundum dicta prophetarum. ostendit cum dicit. Salutem ex inimicis nostris. id est ad hoc. ut daret nobis salutem. id est liberationem ex inimicis nostris. diabolo videlicet. et omnibus insidiantibus nobis. Ut liberet nos de manu. hoc est de potestate omnium qui nos odio habuerunt.

AD FACIENDAM. Id est ad hoc etiam natus est. ut faceret misericordiam cum patribus nostris abraham. isaac. et ceteris sanctis. quibus promisit ex semine illorum christum nasciturum ad redimendum genus humanum. Eos videlicet. qui in inferno detinebantur. et qui in mundo positi. et futuri erant. Et memorari testamenti sui sancti. hoc est. recordaretur promissionis sue ad complendum iusiurandum. id est promissum quod promisit habrahe dicens. In semine tuo benedicentur omnes tribus terre.

BENEDICTUS DOMINUS DEUS ISRAEL. quia visitavit & fecit redemptionem plebis suae.

Et erexit cornu salutis nobis. in domo david pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum. qui a seculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris. & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. & memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum quod iuravit ad abraham patrem nostrum. daturum se nobis.

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati. serviamus illi.

In sanctitate & iustitia coram ipso. omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta altissimi vocaberis. praeibis enim ante faciem domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius. in remissionem peccatorum eorum.

UT SINE TIMORE. Ideo implevit suam promissionem. ut liberati de manu. id est de potestate inimicorum omnium. demonum videlicet. et membrorum ipsorum serviamus illi. sine aliquo timore.

IN SANCTITATE. Et hoc in sanctitate. et iustitia coram ipso. hoc est in presentia ipsius. Et omnibus diebus vite nostre.

ET TU PUER. Non est enim mirum. si iohannis iam natus potuit vocem patris intellegere prophetantis. qui in utero adhuc positus. cognovit christum adesse venientem. Convertit ergo propheta vocem ad filium suum iohannem. scilicet. et dicit. Tu puer propheta vocaberis altissimi christi. Et revera ipse propheta fuit. et plus quam propheta. Quia quem ceteri prophetaverunt iste digito ostendit. Preibis enim ante faciem domini parare vias eius. Iohannes precessit ante presentiam domini. quia ante eum natus est. Ante illum cepit predicare. Ante illum mortuus est. Paravit domino viam iohannis. quia sua predicatione illuminavit corda hominum ut susciperent fidem christi. Quos enim ipse baptizabat ad baptismum christi dirigebat. quia baptismus illius peccata non abluebat.

AD DANDAM. Ad hoc paravit iohannis viam domini. ut daret scientiam plebi eius. ad intellegendum quod christus venisset ad salutem illorum. et ut intellegerent quod ad dandam remissionem peccatorum illorum advenisset.

Per uiscera. Et hoc fecit. hoc e remissionem
peccatorum dedit. p uiscera. i. p multitudine
misericordiarum suarum. Nam p uiscera quae sunt
interiora hominis miscdia designatur di
omipotis. Quia uisitauit nos ipse. qui oriens e
exalto. i. a sinu patnae maiestatis pcessit.
iuxta qd pphia docet. Ecce uir. Oriens
NOMEN EIUS.

MAGNIFICAT. Anima mea magnum
pdicat dnm. Ille magnum pcerto pdicat
dnm. qqd e. qd sentit. qd intellegit. qd
discernit. Grae di tribuit. Non sibi.
Et exultauit.
In do qui est saluator meus. qui de me
nasci dignatus est. in illo exultat meus
M E A.
Quia Respexit.
Ideo exultat in illo spiritus ms. qa respex
ipse humilitate ancillae suae. Beata
maria n fuit supba. sed humilis. ideo
respexit ea dns. Ex hoc. ex eo uidelicet
qd ego magnum pdico dm. et qa exultat
spirit ms in eo. et qa humilis sii beata
me dicent Oms Generationes. Vdm
E t In psenti.
Quia fecit. Et ideo beata me dicent oms gene
rationes. qa magna mirabilia fecit mecu
nascendo ex meo semine. ad redimendu
gen humanu. Qui potens e. Potens est ds.
qa omia que uult pote. Et scm nom eius.
Scs latine. grece dr agyos. et interptatur
extra terram. Et ideo ds dicitur scs. qa omem
terrena creatura transcendit. Et electi eius
sci esse debent. i. terrena omia debent
DESPICERE.
Et miscdia. Miscdia di qua omia regit.
et gubnat. in pgenies. et pgenies manet.
hoc e in generatione iudaeoru et genera
tione gentiu. ut in oms generationes.
FECIT. Fecit ds pater
potentia. i. celu. et terra. mare. et omia
que in eis sunt. in filio suo. hoc e in sapi
entia sua. Non enim putandu. qd filius
ita adhereat patri sic menbru aliquod
corpori. aut ita operet brachio sic homo.
Sed brachiu illius appellatur filius. qa p ipsu
omia operatur. Si enim homo sine
corporis uoluntate sola aliqd operari pos
set. ipsa uoluntas brachiu illius esset.
Dispdet dns supbos ab omis. i. separabit eos.
vel in die mortis. uel in die iudicii. Eos sci
licet supbos q mte supbiunt. Licet enim
appareat in uultu. tam initiu supbiae
Corde Incipit.
DEPOSUIT. Deposuit dns potentes. i. supb
de potentia illoru. et eosdem humiliatos
exaltat. Deposuit enim nabuchodonosor ds.
de regni potentia. que rursu in regno exal
tauit humiliatu. Vel alio m deposuit ds

Per uiscera misedia dni nri. in quib; uisitauit
nos oriens ex alto.
Inluminare his qui in tenebris & in umbra
mortis sedent. ad dirigendos pedes
nros in uiam pacis.
MAGnificat anima mea dnm.
Et exultauit sps meus. in
do salutari meo.
Quia respexit humilitate ancille sue.
ecce enim ex hoc beata me dicent oms
generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens e. &
scm nomen eius.
Et misedia eius in pgenies. & pgenies
timentib; eum.
Fecit potentia in brachio suo. dispsit
supbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede. &
exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis. & diuites
dimisit inanes.
Suscepit isrl pueru suu. recordatus
misedia sue.

ESURIENTES. Ideo quia bona desidе
rant. de qb; dns dicit. Beati qui esu
riunt. et sitiunt iustitia. Replenit
bonis. fide scilicet. et bona opatione.
Et diuites. i. potentes huius scli. qui
potentes sunt in malo. dimittet in
anes. Cu dixerit illis. Discedite a me
MA LE DIC TI.

SUSCEPIT. Dns suscepit homine
in utero uirginis. et in ipso homine
suscepit isrl pueru suu. i. omem
poplm credentiu. tam ex iudeis. qua
ex gentibus. Puer aut dicitur popls
credentium. ppt innocentia et puri
tatem. Fecit aut hoc recordat mise
ricordiae suae. quia nullis hominu
pcedentiu meritis nisi sola misedia
misit filium suum ad redimendu
GENUS HUMANUM.

potentes de sede. i. iudeos. qui gloriabantur in lege.
Et exaltauit humiles. i. gentiles uocando eos misericor
diter AD F I D E M.

Sicut locutus est ad patres nros. abraham
& semini eius in scla.

Te dm laudamus. Te dnm confitem̄.
Te aeternu̇ patrē. omis terra ueneratur.
Tibi oms angli. tibi caeli & uniuersę potestates.
Tibi cherubin & seraphin incessabili uoce pclamant.
Scs. Scs. Scs. dns ds sabaoth.
Pleni sunt cęli & terra maiestatis gtae tuę.
Te gloriosus aptorum chorus.
Te pphetaru laudabilis numerus.
Te martyru candidatus laudat exercitus.
Te p orbē terraru. scā confitetur aecclā.
Patrem inmensę maiestatis.
Venerandu tuum uerum & unicu filiu.
Scm qq. paraclytu spm.
Tu rex gtae xpe.
Tu patris sempiternus es filius.
Tu ad liberandu suscepisti hominē.
non horruisti uirginis uteru.
Tu deuicto mortis aculeo. aperuisti
credentib; regna cęloru.

Sicut locut. Locutus ē dns ad patres nros. abraham. isaac. et iacob. qđ xpc de eorum semine nasceretur. Abraham. primum posuit. quia ad ipsum facta est. repmissio. In semine tuo benedicentur oms gentes. In semine aut abrahæ intelleguntur oms credentes. tam ex iudaeis. quā ex gentib;. qcumq; fidem quā abraham habuit. corde retinent.

Haec ratio fidei catholicae traditur etiam in ueteribus codicibus a beato athanasio alexandrino esse scripta.
Et puto quod idcirco tam plano. et breui sermone esse tradita fuerit. ut omnibus catholicis etiam minus eruditis tuitamentum defensionis praestaret. aduersus illam tempestatem. quam uenturam contra prius. hoc est diabolus excitauit per arrium.
Quam tempestatem qui fugere desiderat. hanc fidei ueritatem. integre. et inuiolabiliter teneat. Ita enim incipitur ipsum opusculum
DICENS.
Quicumque vult saluus esse. Quam nisi quisque integram. Quod dicitur in capite horum uersuum. hoc repetitur in fine.
Nam hoc est in aeternum perire. quod saluum non esse. Et hoc saluum esse quod non
PERIRE.

Tu ad dexteram dei sedes in gloria patris.
Iudex crederis esse uenturus.
Te ergo quaesumus tuis famulis subueni.
quos pretioso sanguine redemisti.
Aeterna fac cum sanctis tuis gloria munerari.
Saluum fac populum tuum domine & benedic
hereditati tuae.
Et rege eos & extolle illos usque in aeternum.
Per singulos dies benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in saeculum & in saeculum saeculi.
Dignare domine die isto sine peccato
nos custodire.
Miserere nostri domine. miserere nostri.
Fiat misericordia tua domine super nos quemadmodum
sperauimus in te.
In te domine speraui non confundar in aeternum.

Quicumque uult saluus esse: ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem.
Quam nisi integram inuiolatamque seruauerit. absque dubio in aeternum peribit.

Quam nisi quisque. Quo integram. inuiolatamque seruandam ammonet fidem. ideo facit. quia nihil de illa est auferendum. nihilque mutandum. sicut faciunt heretici. sacramenta fidei corrumpendo. propter quod et ab aecclesia
REPELLUNTUR.

de p...
exaltat. Depo...
de regni potentia. que ...
tauit humiliatum. Vel alio m...

Fides aut catholica. Catholica grece e. Interpretat aut latine uniuersalis. qa toto mundo diffusa e ecclia. In hac trinitate. tanta e substantiae unitas. ut aequalitate teneat. pluralitatem n recipiat. Tanta psonaru distinctio. ut unione n pmisceant. Ita tota ditas sui pfectione aequalis e. ut excep tis uocabulis que ppetate indicant psonaru. quequid de una dixeris. de trib; dignissime possit intel legi. Et n maius sit in trib; quam in singulis. Nec min in singulis qua in trib;. uelut si in trib; hominib; dicas. qd sint immortales. Ego n intellego plus posse uiuere simul tres. qua singulos. nec min singulos. qua totos tres. qm triu una est immortalitas. Aut si aeqlr sint sapientes. n plus sapiunt simul. qua singuli. sed tanta e in unoqq scientia. qnta IN TRIBUS.

Neq; confundentes.

Confundt psonas. q ipsu sibi patre. ipsu sibi filiu. ipsu sibi spm scm esse dicunt. Nos tam n nomina tantu. sed etia nominu ppetates. i. psonas cfitem. Separant substantia. q idcirco tres asser diuisas substan tias. qa cognoscunt tres psonas. S nos cfitem qa pat. et filius. et sps scs. substantia unu s. psonis ac no minib; distingunt.

Alia e eni psona patris. ret. Dicta aut psona. qsi pse una. eo qd p se sit. D r etia substantia. eo qd p se subsistat. N a qd nos dicim psonas. greci dicunt ypostasis. i. subsistentia. Et quod apd nos d r substantia. apd illos d r usia. Substantia g. ipsa rei alicuius natura rationeq q cstat designat. Subsistentia aut uniuscuiusq psone. hoc ipsu qd extat. et subsistit. ostend.

Ineffabilis pat. Sciendu e omnino. quod qualitas ppe de do n d r. Sed neq de illis dece speciebus cathegoriarum. Aliq addim ppe referenda est praeter. pt substantia. ut relatione. qa pat. et filius. relatiuas nomina unius substantie. Itaq absq illis speciebus intellegam nos dm qntu possum. sine qualitate bonu. sine qntitate magnu. sine indigentia creatore. sine situ psente. sine habitu omia ctinente. sine loco ubiq totu. sine tepre sep aeternu. Sine ulla sui mutatione mutabilia facientem. Nihilq PACIENTEM.

Immensus pat. qa nulla estimatione metiri pote. neq filius. neq sps scs. Est eni mundo supior. inferior. exterior. et interior. Non tam p spacia locoru quasi mole diffusus. ut in dimidia mundi parte sit dimidius. et in alia dimidia dimidius. Sed in seipso ubiq totus. n magnitudine molis. Sed VIRTUTIS.

Aeternus pat. In ditate trinitatis. qd e esse ppetuu e. quia natura initio carens. incremto n indigens. sic n incipit. ita nec fine terminat. Ubi qppe e. ubi nec expectat qd ueniat. neq pcurrit qd debeat recordari. sed e unu qd semp esse est.

Fides aut catholica haec est. ut unu dm in trinitate; & trinitate in unitate ueneremur.

Neq; confundentes psonas. neq; substantia seperantes.

Alia est eni psona patris. alia filii. alia sps sci.

Sed patris & filii & sps sci una est diuinitas. aequalis gla. coaeterna maiestas.

Qualis pater talis filius. talis sps scs.

Increatus pater increatus filius. increatus sps scs.

Inmensus pater inmensus filius. inmensus sps scs.

Aeternus pater aeternus filius. aeternus sps scs.

Et tamen non tres aeterni. sed unus aeternus.

Sicut non tres increati nec tres inmensi. sed unus increatus & unus inmensus.

Similiter omps pater. omps filius omps sps scs.

Et tamen non tres omnipotentes. sed unus omps.

Ita ds pater ds filius. ds sps scs.

Et tamen non tres dii. sed unus est ds.

Ita dns pater dns filius. dns sps scs.

Et tamen non tres dni. sed unus e dns.

Quia sicut singillatim unamquamq; psona dm ac dnm confiteri xpiana ueritate copellim. ita tres deos aut dnos dicere catholica religione phibem.

Increat pater. Omnis substantia quae ds non e creatura e: quae creatura non e. ds est. Nihil itaq in trinitate creatum. quia tota trinitas unus est Creator.

Et tam tres aeterni. sic n tres increati. Sicut unius naturae sunt. pat. et filius. et sps scs. sic una e eorum increatio. inmensitas. ATQ AETERNITAS.

Simulit omps pat. Omps d r. qa omia pote. Non e aut in do aliud esse. aliud habere: nec e eius aliud uelle. aliud posse. sed hoc e uelle. qd posse. hoc posse: qd uelle. Omag quae uult pote. et que pote uult. Nec maior e uoluntas qua potentia ei. sed neq minor.

Utraque eni tanta e. qnta et ille: q ds est. quia qd habet hoc e. Nulla naq uere sim plex substantia e. cui n e hoc esse qd nosse. increatura. Pote eni esse: nec nosse. At illa diuina n pote. qa id ipsu e. qd habet. Ac p hoc n sic habet scientia. ut aliud sit scientia qua scit. aliud essentia qua e. sed utraque EST UNUM.

Ita ds pat. ita dns pat. Ds d r a se. dns ad creaturas. qb; dominat. Ds. qa colend e solus. dns. qa solus timend e ab omnib;. Ds religiose. Dns uero SERUORUM.

Quia sic singillatim. Hoc e uirtutem. uel singularit patrem. uel filium. uel Spm Scm dm et dnm dicere. fides catholica cogit. ita tres deos. aut dominos dicere. eadem nos religio catholica phibet. Nam si ita dixe rimus. nec catholici. nec religiosi bene ESSE POTERIMUS.

Pater a nullo est. filius a patre. spiritus sanctus a patre et filio. Quod factus aut creatus nec pater nec filius nec spiritus sanctus sit iam supra dictum est.
Sed et de patre quod non sit genitus. filius sed genitor tantum. id est pater iam premissum est. Attendendum uero quod dicitur filius a patre solo
est genitus. quia filius patris est solius. Spiritus uero sanctus ab utroque procedere. quia spiritus amborum. patris scilicet et filii est. Et hac
causa distinguitur natiuitas filii et processio spiritus sancti. quia filius sic est de patre quomodo natus non quomodo datus. Spiritus uero sanctus de patre
simul est et de filio. quomodo datus non quomodo natus. hoc est donum amborum. Itaque nascendo filius procedit. spiritus uero sanctus procedendo non nascitur.

Pater a nullo est factus. nec creatus nec genitus.

Filius a patre solo est. non factus nec creatus sed genitus.

Spiritus sanctus a patre & filio. non factus nec creatus nec genitus sed procedens.

Unus ergo pater non tres patres. unus filius non tres filii. unus spiritus sanctus non tres spiritus sancti.

Et in hac trinitate nihil prius aut posterius nihil maius aut minus. sed totae tres personae coaeternae sibi sunt & coaequales.

Ita ut per omnia sicut iam supra dictum est & trinitas in unitate. & unitas in trinitate ueneranda sit.

Qui uult ergo saluus esse. ita de trinitate sentiat.

Sed necessarium ad aeternam salutem. ut incarnationem quoque domini nostri Ihesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta ut credamus & confiteamur. quia dominus noster Ihesus Christus dei filius deus & homo est.

Deus est ex substantia patris ante saecula genitus. & homo est ex substantia matris in saeculo natus.

Perfectus deus perfectus homo. ex anima rationali & humana carne subsistens.

Une sint duo F i l i i.
Unus ergo pater non tres. Haec sunt illa relatiua nomina. uel appellatiua. in quibus trinitas inuenitur. Non enim sic dicuntur pater et filius et spiritus sanctus. unus pater. aut unus filius. aut unus spiritus sanctus. sicut unus immensus. aut unus aeternus. quia ista nomina sunt substantiae. hoc est unitatis. illa uero pater uidelicet. filius. et spiritus sanctus. nomina sunt personarum. hoc est trinitatis. Et ideo relatiua sunt nomina. quia pater ad alium refertur. hoc est ad filium. Non enim sibi ipsi est pater. sed alteri. hoc est filio. Similiter filius ad patrem. non ad se refertur. Spiritus quoque sanctus. ut eum donum dicimus. ad patrem et filium refertur. a quibus procedit. ut dictum est. Illa autem nomina substantiae. alia. hoc est deus aeternus. immensus dominus. et cetera. in quacumque persona dicantur non referuntur ad alia sed ad se ipsos [...] s a a.

Et in hac trinitate. nihil prius. Haec trinitas. unus est deus. Et quia unus est. non potest esse diuersus. quia natura non patitur sic ipso esse prior. aut posterior. minor. aut maior. Non est enim pater prior filio. neque maior. Non est spiritus sanctus posterior. patre. aut filio. u t m i n o r.

Sed totae personae coaeternae sibi sunt. et coaequales. Ita ut per omnia. Qui uult ergo saluus esse. Haec omnia iam supra dicta s u n t.

Sed necessarium est ad aeternam salutem. Sic fideliter credenda est diuina regnantis. ita et humanitas saluantis. quia aequalis periculi est de mysterio incarnationis prauum sentire. ut diuinitatis archana male intellegere. Nihil enim iustius. quam ut salus non sit. qui salutis misterio derogare non timuerit. Sciendum sane. quia Ihesus proprium nomen est. sicut propria nomina sunt helias. aut abraham.
Christus autem sacramenti nomen est. quomodo si dicatur propheta. aut patriarcha. Ihesus quoque nomen hebreum est. et interpretatur latine saluator. siue salutaris. Christus autem grece dicitur. hebraice messias. latine unctus. ab unctione. id est c r i s m a.

Deus est ex substantia patris. Et factus deus. Quia essentialiter natus est de patre. et essentialiter conceptus. natusque de matre. ut esset unius naturae cum utroque. Uerus enim deus. uerus factus est homo. quia omnia nostra suscepit. quae in nobis ipse creauit. id est carnem. et animam rationalem propter quod confitemur eum perfectum deum. et perfectum Hominem.

Est ergo fides recta. Hoc est illud sacramentum ab initio saeculi ua dispositum. ut semen habrahae mundi conditor apprehenderet. quatenus in se ipso nostrae probaret primitias naturae. ut deus homo fieret. ut singularitate personae copulans utramque naturam. mediator dei et hominum hominibus appareret. et his propter quos uenerat redimendos. ipse unus esset deus. et legifer rex. et magister. redemptor. et redemptio. sacerdos. et oblatio. ueritas. et uita. doctor. et sapientia. Qualiter et exempla uiuendi monstraret sequentibus. et suo generi hominibus homo ipse factus per gratiam consuleret. quibus suffragari iustitia nullatenus ualebat. ut cum ille in homine mortem uinceret natura in eo humani generis T R I U M P H A R E T.

Aequalis patri secundum diuinitatem. Ideo aequalis. et minor. quia deus et homo. quia sempiternus. et temporalis. ut incomprehensibilis comprehendi posset. et immortalis haberet in quo MORERETUR.

Qui licet deus sit et homo. Non alter est xpistus in diuinitate. alter in humanitate. quia non sunt duae personae. sed una. Deus enim uerbum. non accepit personam hominis. sed naturam. Sicut ergo tres personas credimus sanctae trinitatis. in unitate naturae. ita credimus duas xpisti naturas. In unitate PERSONAE.

Unus autem non conuersione.
Conuersio. mutatio dicitur. Non enim est conuersa uel mutata diuinitas in carnem. sed manens quod erat suscepit carnem.
Humanitas quoque assumpta est in deum. non consumpta. Sic enim deus non mutatur miseratione. ita homo non consumitur dignitate. Homo deo accessit a se non recessit. Adsequitur esse quod non erat. Non desiit esse quod ERAT.

Unus omnino non confusione.
Confusio dicitur permixtio. sicut duo liquores ita misceri. ut neutrum seruet integritatem suam. In xpisto ergo non sunt permixtae. quia seruat utraque cum alterius communione proprietatem suam In singularitate PERSONAE.

NAM Sicut anima Rationalis.
Sic hominis personam gestat anima.
Non enim corpus mortuum dicitur persona: sicut nec lapis. aut lignum. ita xpisti personam gestat diuinitas. assumptrix humanitatis. Propter quod utraque substantia dicitur. et creditur unus. quia unigenitus filius dei. Unde et uerbum propter carnem homo est. et caro propter uerbum deus EST.

Qui passus est. Licet iuxta naturam suam dominus expers passionis extiterit. pro nobis tamen carne passus est.
Gratia enim dei pro hominibus gustauit mortem. tradens ei proprium corpus. quamuis naturaliter et ipse sit resurrectio mortuorum. Descendit ut morte ineffabili potentia peculcata expoliaret infernum. Tertia die surrexit. ut primogenitus ex mortuis fieret primitiae dormientium et faceret uiam humanae naturae. AD INCORRUPTIONIS PERPETUAE RECURSUM.

Aequalis patri secundum diuinitatem. minor patre secundum humanitatem.

Qui licet deus sit et homo. non duo tamen sed unus est xpistus.

Unus autem non conuersione diuinitatis in carne. sed assumptione humanitatis in deum.

Unus omnino non confusione substantiae. sed unitate personae.

Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo. ita deus et homo unus est xpistus.

Qui passus est pro salute nostra. descendit ad inferos resurrexit a mortuis.

Ascendit ad caelos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. inde uenturus iudicare uiuos et mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis. et reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt ibunt in uitam aeternam. qui uero mala in ignem aeternum.

Haec est fides catholica. quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit. saluus esse non poterit.

Ascendit ad celos. Propterea humiliatus est deus in hominem. ut homo exaltaretur in deo.
Sedet ad dexteram. id est regnat in beatitudine superna. Sedere enim regnare est.
Dextera uero patris. beatitudo est sempiterna.
Inde uenturus. De dextera patris uenturus est. quia uisionem humanitatis omnibus prestabit. In ea forma. qua iudicatus EST.

Ad Cuius aduentum. Adueniente domino resuscitantur mortui cum corporibus suis. ut unusquisque in eo corpore. quo bona uel mala gessit. Reddat Rationem gestorum UORUM.

Et qui bona egerunt. Tunc humana substantia ad conditoris sui similitudinem sublimabitur. et omnia ei bona que naturaliter per peccata corruperat. reparabuntur in melius. id est intellectus sine errore. memoria sine obliuione. cogitatio sine peruagatione. caritas sine simulatione. sensus sine offensione. incolomitas sine debilitate. salus sine dolore. uita sine morte. facultas sine impedimento. securitas sine fastidio. et tota sanitas sine morbo. Qui uero mala in ignem aeternum. subauditur ibunt. preter illos qui ante mortem penituerunt. et in quantum licuit EMENDAUERUNT.

Haec est fides. quam nisi quisque fideliter firmiterque.
Fideliter credamus. ut in fide non erremus.
Firmiter. ut de credendis non dubitemus. si ad aeternam salutem peruenire Volumus.

Pater noster. Quam [illegible] posuimus noluit multa loqui. docet nos in brevi. et pura oratione. in qua omnia quae necessaria [illegible] comprehendit. docendo. Pater noster. Multa de deo in veteri testamento dicta legimus et in laude [illegible] numquam legimus [illegible] fuisse. ut deum patrem appellarent. quia videlicet illis data est lex tamquam servis. nobis autem tamquam filiis gratia euangelii. Sed cavendum nobis est. quod in patrem appellamus ab hac paternitate malis operibus [illegible] verbi gratia. Sic enim aliquis rex in publicum procedens coronatur. et [illegible] in tali [illegible] aliquis [illegible] et dixerit filius tuus sum. numquid non indignaretur. Ita indignabitur omnipotens deus. si eum patrem appellaverimus. et nostris operibus eum inhonestaverimus. Deus enim duobus modis pater noster dicitur. Vel quia nos condidit. cum non essemus. vel quia nos recreavit per misericordiam suam. Cum beati essemus.

Qui es in caelis.

Nostris deus qui caelum et terram praesentia suae divinitatis implet. non plus est in caelis. quam in terris. Quia caelum et terram ipse implet. altior est enim caelo. profundior inferno. latior terra. longior mari. Unde per caelum iustos intellegere debemus. sic e contrario per terram peccatores. Unde peccanti homini primo dictum est. Terra es. et in terram ibis. Qui es in caelis. hoc est qui habitas in electis. et in sanctis. gratia tales nos donet existere. ut in nostris actibus sanctos esse declaremur. Sanctificetur nomen tuum. Ut quod in se sanctum est in nobis sanctum appareat.

Adveniat regnum tuum. Regnum dei semper et ubique fuit. Sed postulamus eum advenire scilicet in nobis. Ut non regnet peccatum in nostro mortali corpore. sed ipse qui nos creavit. Vel veniat dies iudicii. ut omnipotens deus in toto mundo regnare declaretur.

Fiat voluntas tua sicut in caelo. hoc est in sanctis angelis. ita et in hominibus electis. quos per terram significat.

Vel per caelum animam. quae condelectatur legi dei per terram corpus significat.

Panem nostrum. Tripliciter est hoc intellegendum. Per panem et enim cotidianum victum. ut omnem victum humanae fragilitati necessarium. vel etiam corpus domini nostri Ihesu Christi. et sanguinem debemus intellegere. Quod licet cotidie non sumamus. cotidie poscere debemus. quia corpus et sanguinem domini cotidie sumere. nec laudabile. nec vituperabile est. Tertio in panis cotidiani verbum spiritale significatur. Unde et in quibusdam codicibus invenitur. panem nostrum supersubstantialem. Quod videlicet omnem substantiam praecellat. et omnes creaturas superemineat.

Da nobis hodie.

Idest in praesenti tempore quamdiu hodie dicitur.

Nam post transactum istius vitae curriculum. non erit victus huius panis necessarius. quia nemo dicet proximo suo cognosce dominum.

Et dimitte nobis

Debita in sacro eloquio peccata significant. Unde dominus dicit. Duo debitores erant cuidam feneratori. Rogamus ergo dominum ut dimittat

NUNC dimittis servum tuum domine secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

Quod parasti ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem gentium. et gloriam plebis tuae Israel.

PATER noster qui es in caelis sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum.

Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra.

Panem nostrum cotidianum da nobis hodie.

Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem. sed libera nos a malo. Amen.

CREDO in deum patrem omnipotentem, creatorem caeli et terrae.

Et in Ihesum Christum filium eius unicum dominum nostrum. qui conceptus est de spiritu sancto natus ex maria virgine passus sub pontio pilato crucifixus mortuus et sepultus.

nobis peccata nostra sub hac sponsione. ut si et nos dimittimus fratribus in nobis peccantibus. ipse peccata nostra indulgeat. Si autem et nos non dimiserimus fratribus in nos peccantibus. firma est de nobis sententia quam dominus prosequitur in sequentibus dicens. Si non dimiseritis hominibus peccata eorum nec pater vester caelestis dimittet vobis peccata vestra.

Et ne nos inducas in temptatione. Aliud est temptari. aliud in temptatione induci. Temptatur verbi gratia aliquis de luxuria. In temptatione vero inducitur si temptationi per delectationem consenserit. Non ergo petimus ut non temptemur. quia scriptum est beatus vir qui suffert temptationem. sed petimus. ne in temptatione nos inducat. id est ne in nos incidat talis temptatio. quam ferre non possimus. sed faciat cum temptatione etiam proventum ut possimus sustinere. Tunc enim videtur nos deus inducere in temptatione. quando occulto suo iudicio nos deserit. et induci in temptatione permittit.

Sed libera nos a malo. id est a diabolo. vel a malo cogitationis. locutionis. et operis.

Amen. Amen enim signaculum est dominicae orationis. interpretatur autem latine vere. sive fideliter. Quo signaculo ostenduntur omnia superiora dicta. et inrefragabilia. et inviolata esse. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum. dimittet et vobis pater vester caelestis delicta vestra. Expositio est superioris sententiae. ubi dicitur in oratione dominica dimitte nobis debita nostra. et reliqua. Constat enim quia si nos non dimiserimus peccata fratribus in nos peccantibus. Nec pater noster dimittet nobis peccata nostra. Amen.

Symbolum.

Beati apostoli. Ecclesiae dei quam adversum militiam diabolici furoris armabant. mysterium symboli tradiderunt. ut quia sub uno Christi nomine credentium erat futura diversitas. signaculum symboli inter fideles. perfidosque secerneret. et alienus a fide. atque hostis appareret ecclesiae. qui aut tamquam non baptizatus necesset. aut tamquam heretice corrupisset.

Credo in deum patrem omnipotentem. Credendus est sine dubio deus pater omnipotens. cuius sic virtus sentitur. ut quantitas eius et qualitas ignoretur. Esse enim illius et posse non discutiendo assequimur. sed credendo. Quem autem credere debeamus. edocet nos redemptoris nostri auctoritas dicentis. Qui credit in me et in eum qui me misit habet vitam aeternam. Et in Ihesum Christum filium eius unicum dominum nostrum. Quod Christus est factus. qui filius erat. dispensatio est redemptionis humanae. Quod dominus est. de proprietate

natura est. Unic appellatur quia unus tantum est genitus ut non habeat in natiuitate consortem.
QUI CONCEPTUS EST DE SPU SCO. Spm scm audis ut partum illum mirabilem simul et inculpabilem recognoscas. Caeleste est enim quod sps agit inuiolatum quod scs operatur. PASSUS. Sub pontio pilato. Crucifixus. Mortuus. Et Sepultus. Nulla nobis sit de cruce xpi confusio. Illam sancti habundeque gloriam patientiae ostendunt. repentina solis obscuritas. tremor terrarum. saxorum diuisio. resurrectio mortuorum.
Propter hoc enim illusiones. et probra. quae pertulit xpc. crucem mortemque eius. non suspiriis ingemiscimus. sed continuis laudibus celebramus.
TERCIA DIE RESURREXIT A MORTUIS. Sicut in passione xpi mysterium pietatis est. ita in resurrectione operatio potestatis. ut ait ipse. Potestatem habeo ponendi animam meam. et cetera. Inpossibile enim fuit. ut auctor uitae non rediret ad uitam. qui idcirco est mortuus. ut mors amitteret potestatem.
ASCENDIT IN CAELUM. Necesse erat. ut qui ad mortem de regno uenerat post mortem rediret ad regnum.
SEDET AD DEXTERAM DI PATRIS. Quod sedet xpc. uictoriae munus est. Quod ad dexteram patris sedet diuinitatis est priuilegium. et indiscretae consertium caritatis. Bene quoque ad dexteram sedet. quia nihil suum diabolus qui totus est sinister in illo inuenit.
INDE VENTURUS IUDICARE UIUOS ET MORTUOS. Necesse est ut discutiat hominem qui creauit. et ipse iudicet. qui redemit. Iustumque est. ut omnipotens dns mortales suos quos diuinitatis uirtute formauit. patris pietate saluauit. iudicii examinatione discernat. ut quorum fuit in saeculo uita diuersa eorum post hoc saeculum merita distinguantur. CREDO IN SPM SCM. Haec est inoffensa regula ueritatis. ut quorum unum nomen est. non sit eorum diuersa confessio. et qui in caelo apud se unum sunt. a nobis non separentur in terris. Sicut enim filius a patre exiuit. ita et sps scs a patre procedit. Et sicut unigenitus filius di est. ita et sps scs di est. Et sicut pater cui uult miseretur et filius cui uult patrem reuelat.

descendit ad inferna tertia die resurrexit a mortuis. ascendit ad caelos sedet ad dexteram patris omnipotentis. inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos.
Credo in spm scm. scam aecclesiam catholicam. scorum communionem. remissionem peccatorum. carnis resurrectionem. uitam aeternam. AMEN.

GLoria in excelsis do. Et in terra pax hominibus bonae uoluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter gloriam tuam magnam. Dne ds rex caelestis. Ds pater omnipotens. Dne fili unigenite ihu xpe. Dne ds. Agnus di. Filius patris. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis. Quoniam tu solus scs. Tu solus dns. Tu solus altissimus. Ihu xpe. Cum sco spu in gloria di patris. AMEN.

CARNIS RESSURRECTIONEM. Hic religionis nostrae finis. haec summa credendi est. Nullus credens do. potest iam de resurrectione dubitare. cum propter hanc solam manifestum sit xpm natum fuisse. Et omnia omnino quae dns pertulit. ideo utique fecit. ut omnem credentium immortalitate donaret. Hoc est Symbolum. cuius signaculo sicut in primordio dictum est. fideles ab infidelibus secernuntur.
Hoc est Symbolum. cuius ueritas unumquemque credentem efficit xpianum.
Hoc est Symbolum. quod et uiuentes scificat. et mortuos Reducit AD UITAM.

ita etiam sps scs et inspirare legitur. prout uult. et dona caelestium gratiarum diuidere prout uult. Unum ergo esse cum patre filioque credendus est sps scs. cui aeque adiacet posse quod uult.
SCAM AECCLAM. Uere sca aeccla confitenda. per quam et scificatio mortalibus est data. et crescente credentium numero omnium pene linguis in laudes di sanctior mundus exultat.
REMISSIONEM PECCATORUM. Credenda est perpetua peccatorum remissio. quia hoc unum est remedium. quod hominum genus a sententia perpetuae mortis absoluit. Haec autem remissio non te ad peccatum nutrit. sed ammonet. ut peccare iam metuas. qui te intellegis sine uenia non potuisse Saluari.

Credo in unum deum patrem omnipotentem
factorem caeli et terrae visibilium omnium
et invisibilium. et in unum dominum Iesum Christum
filium dei unigenitum ex patre natum
ante omnia saecula. deum de deo lumen de
lumine. deum verum de deo vero genitum
non factum. consubstantialem patri.
per quem omnia facta sunt. qui propter nos homi
nes et propter nostram salutem descendit de caelis.
et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria
virgine. et homo factus est. crucifixus etiam
pro nobis sub Pontio Pilato. passus et sepultus est.
et resurrexit tertia die secundum scripturas.
et ascendit in caelum sedet ad dexteram patris.
et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos
et mortuos. cuius regni non erit finis.
et in spiritum sanctum dominum et vivificantem. qui ex
patre filioque procedit. qui cum patre et filio
simul adoratur et conglorificatur. qui
locutus est per prophetas. et unam sanctam catho
licam et apostolicam ecclesiam. confiteor unum
baptisma in remissionem peccatorum. et expecto
resurrectionem mortuorum. et vitam futuri saeculi. Amen.